Discursus Politicus

De
MAIESTATE IMPERII ET IMPERANTIS, ATQVE utriusque juribus.

AUCTORE


DANIELE OTTONE, HOENLOICO, PHILOSOPHIAE & Iurium Doctore.



ARGENTORATI

Impensis EBERHARDI ZETZNERI *Bibliop.*

Anno M. DC. XXIII.



NOBILISSIMIS, AMPLISSIMISQUAE DOMINIS CANCELLARIO ET Scholarchis, Magnifico Rectori, Spectabilibus Decanis, & toti inclyto senatui Academiæ Argentinensis.



NTER PLURIMA AVGUSTI Romano-Germanici (quem Numen cœlestè apud se hominem, & apud homines DEVM esse voluit.) πκμήεια, atque symbola, quæ jura majestatis nuncupamus, & hoc fulget, quod possit solus Academias de novo instituere, easque privilegiis pro lubitu dotare. Cum igitur & vestra Academia superiori anno ejusmodi privilegiis à Cæsarea Majestate sit aucta, munitaque de quibus omnes boni vobis gratulantur, & reipublic. literariæ incrementis vota faciunt, mearum quoque esse partium duxi, munusculo aliquo vos, vestrámque Academiam salutare, deque acceptis privilegiis Imperatoriis, quę optimus Maximus fausta, feliciáque esse jubeat, gratulari. Itaque hunc de

Majeſtate diſcurſum, meditatum magis, & conceptum, quàm perpolitum, en vobis gratulabundus dico, ſacro, voveo. Vobis inquam, quos Majeſtas ipſa privilegiis ſingularibus dignos exiſtimarit. Utimini, quod facitis, privilegiis ad bonū publicū, accipite, quod offertur, munuſculum, ſerena fronte. Horrebat libellus (fateor) in ora hominum prodire, ſed victus aliorum ſuaſu, & ſuo periculo, publico multorum ſe judicio committere voluit, nihil, à livore ſibi metuēs, ut qui Livio teſte inſtar ignis, alta petit, neque Momum curans, ut qui magna tantum, & in excelſo poſita, carpere ſoleat. Deum animitùs oro, ut veſtram univerſitatem ſic protegat, defendat, tueatur, ut

Caneſcat ſeclis innumerabilibus.

Daniel Otto V. I. D.

Oringæ XXIII. Januar. Anni XXIII.

CAPUT

CAPUT I.

De Majestate Imperii ejusq́; Juribus.



CTURUM de Majestate ante omnia nosse oportet, unde id nominis accepe-it, ut in simili de justitia ait jureconsultus rVlpianus *in l. 1. de just. & jure*. Et rectè. Nam subtilitatis magistro teste, usu vocis cognito, sæpè in perceptionem ipsius rei provehimur, *exercit. 1. sect. 2.* Sunt enim verba rerum notæ. Cicero *in Topic. & in part. Orator. Scalig. lib. 4. Poët. cap. 85. ut lib. 7. c. 1.* Gond. *ad rubric. de Verb. signif. n. 6.* & instrumenta cognitionis. Scal. *de caus. lat. ling. pag. 168.* Sicut igitur nucleũ nemo nisi putamine fracto comedere potest: ita mens nostra neglecta ὀνομάτων notitiâ ad νοημάτων notionem pervenire non potest. Paurmeist. *lib. 1. de jurisdict. cap. 1. num. 2.*

2. Dicta autem est majestas à magnitudine, auctore Festo, quasi major status, eò quod magnitudinem, decus, imperium, amplitudinem, potestatem, & dignitatem status eminentioris denotet. *Bodin. de Repub. lib. 1. c. 8.* Amisæ. *lib. 2. de majest. c. 1.* Bornit. *de majest. c. 1.* Kirchner. *de Repub. disput. 2. 9. 2. in pr.*

3. Quæ vox non uno accipitur modo. Nam alias denotat venerationem, auctoritatem, honorem seu dignitatem externam. Chassan. *in Catal. glor. mund. considerat. 70. par. 1.* Grego. Thol. *de Repub. lib. 8. c. 3.* Bocer. *Class. 4. disp. 8. ut de Regul. in princ.* Lipf. *lib. 2. Polit. c. 16.* Keckerm. *lib.*

1.*Polit.c.*1. alias verò significat imperii amplitudinem, eiusque cum constituendæ, tum Regendæ potestatem summam, quam Cicero 2. *de Orat.& in part.* amplitudinem & dignitatem civitatis vocat: estque ea quam tractamus. Vid. Kirchner. *d.disp.2.θ.2.lit.a.in fin.* Matth.Bort. *in discurs.de natur.jurium majest.ut regul.cap.*1.θ.1.

4. Estque ratione subjecti divina vel humana. Gigas *in tract.de crim.læs.majest.lib.*1.*rubric. quotuplex sit majestas. n.* 1.Schneid.*ad §.publica.n 2.Instit.de public.judic* Illa est prima, hæc orta; illa est infinita, hæc finita; illa est independens, hæc dependens, quæ ab illa mensuratur, restringitur, & determinatur. Cum igitur solus Deus sit infinitus. Scal.*ex.6 sect 3.exer.61 s.3.& ex 365.s.2.*& à nullo dependeat. KecK.*p.*1. *Metaph.c.2.* soli quoque Deo Majestas prima seu divina propria tribuitur, qui propterea Rex regum, & Dominus dominantium dicitur ab Apostolo *in epist. prior.ad Timoth.c.ult.& à* S.Johanne *in apocalypsi cap.*17.& 19. Hujus tractationem Theologis relinquimus, ne falcem in alienam messem immittam, de humana præsentem discursum instituam.

5. Humana seu politica majestas alia est imperii, alia imperantis, quæ ut Principalis *l.Imperatorum 91. de hered. inst.l.fin.C.de leg.*& imperatoria nuncupatur *l.5.C.de cens. in pr.proœm.Instit.* illam vocant realem, hanc personalem, Kirchner.*d.disp* 2.θ.3. Matth.Bort.*d c.*1 θ.2. Illa cum Republica nascitur, & cum eadem interit, hæc personæ cohærit, & cum eadem concidit. Kirchner.*d.lo.* Besold.*class.*1. *Polit.disp* 2.θ.2. Hinc illæ formulæ vns vnd dem H. Reich. In Vnser vnd des Heiligen Reichsstadt / Imperatoribus nostris in rescriptis decretis & constitutionibus usitatissimæ. Ubi verbo vns majestas Imperatoria seu personalis.

verbis

verbis verò dem H. Reich majestas realis, seu jus regni exprimitur.

6. *Majestatem Imperii* definio potestatem summam quæ consistit in Reipub. constitutione, atque constitutæ conservatione. Hæc est fundamentum & basis Reip. quâ destructâ, ipsum Reip. corpus destruitur, & quâ positâ illud salvum permanet, atque immotum, ut verissimè scripserit Q. Curtius *lib. 8. ex rebus gestis Alex.* Majestas imperii salutis est tutela. Nec per mortem Principis exspirat, sed etiam sub interregnis & alterationibus gubernationum persistit. Kirchner. *d. disp. 2. θ. 3. lit. a.*

7. Ejus tria sunt capita, quæ jura Imperii cum Livio *lib. 2. Inst.* aut sacra regni, cum Clapmario *lib. 1. de arcan. Rerump. c. 10.* appellare libet. Ad primùm pertinet jus imperii constituendi; ad secundum jus Imperii committendi: ad tertium ius disponendi de imperio.

8. Imperii constitutio spectat ad Ephoros, & populum, non quidem ut singulos, sed ut collegium. Lepol. de Bebeno. *ex jurib. Romani imp. c. 6.* Panormit. *in c. Venerabilem, de electione* Vasque *ill. cõtrov. p. 1. li. 1. c. 47.* quod communi consensu magistratum summum sibi eligere potest, vel ad tempus, vel precariò, vel ad vitam, vel concedere, ut eorum successores speciali lege, & jure hereditario ad Regnum vocentur. Althus. *ca. 9. Polit. n. 18.* Matth. Bort. *d c. 2. θ. 3.* jus hòc tandiu in[illegible]endente & suspenso est, quandiu electi & successorum imperium durat. Cessante illorum imperio, quod fit vel tempore lapso, vel mortuo electo, vel extinctis successoribus, integrum populo & ephoris jus est eligendi, quem velint. Vasq. *d. lib. 1. c. 22. n 3.* Clapmar. *de arcan. Rerump. c. 21.* Statum Reipublic. sic à populo cõstitutum, sive sit monarchicus, sive aristocrati-

cus, sive democraticus; sive sit electivus, sive successivus, summus magistratus immutare haud potest, idque apud germanos capitulatione, hoc est lege Imperii fundamentali cautum est, quam Carolus V. Imp. juramento firmavit, ut videre est apud Sleidanum *lib.* 1. *de stat. relig. Concilium* (scribit) *nullum ineat quo dignitatem imperii sua familiæ peculiarem, & hereditariam faciat, sed liberam & integram permittat Septemviris eligendi facultatem, juxta Caroli IV. & juris Pontificii præscriptum, quod secus factum erit irritum habeatur.* Tentavit tamen hoc Carolus, & imperium suæ familiæ hereditarium facere voluit, teste eodem Sleidano, sed irrito conatu. Sic quoque Galliæ Rex, referente Hotomanno *lib.* 1. *de antiquo jure regni Gallici, cap.* 23. jurare cogitur; *ut ne quid, quod ad Statū Reip. in universum pertineat, Regi sine publici concilii autoritate statuere liceat. Item ut Regi non sit jus, neque filiam adoptare, neque de suo regno, vel inter vivos, vel per testamentum disponere, sed in regni successione majorum instituta, ut antiqua consuetudo servatur*: Jus hoc regni constituendi populus ægerrimè sibi extorqueri patitur, nec pactis imperantium ullis se teneri atbitratur. Testatur hoc exemplum C. Julii Cæsaris, ex antiquissima familia regum Trojanorum oriundi, qui quod statum Reip. Romanæ tum temporis democraticum, in monarchiam mutare voluerit, à Bruto & sociis viginti tribus vulneribus acceptis miserrimè occubuit. Sueton, *in ejus vita*. Intellexit hoc Martinus Rex Aragonum XV. qui moriens sine liberis, Aragonię regnum populi judicio relinquere maluit, quàm contra regni legem quicquam facere. A quo Ferdinandus Johannis Castellæ Regis filius ex Leonora Martini sorore, reliquis competitoribus omnibus præteritis, electus fuit. Marineus *lib.* 11. *rer*

11. *rerum Hispan.* Hinc quoque legimus, ordines Hungariæ Ferdinando Austrio ex pacto inter Maximilianum, & Ladislaum Hungariæ regem inito, tum hereditario jure, quia Ludovici ultimi regis sororem in matrimonio habebat, successionem in regnum prætendendi, tam obstinatè restitisse, ut Turcicæ perfidiæ se committere, quàm sceptris hereditariis eum potiri maluerint. Sleid. *lib. 6. de stat. relig.* Bodin. 6. *de rep.* 5. Nec immeritò. Siquidem, quando jus regni contractibus ineundis adversatur, tum contractus de illis, & alienationes, interdicuntur Principibus, non minus quam possessoribus aliis privatis rerum subditarum restitutioni, vel alienarum P. Gregor. *de Repub. lib. 7. c. 16. num. 9.* Atque hinc etiam pacta à Carolo VII. Galliæ rege inita apud Tricasses à Senatu Parisiense irrita & nulla declarata sunt, quibus cautum erat, ut Caroli gener Henricus V. rex Angliæ & ejus successores masculi, vocarentur ad regem Galliæ, excluso Carolo. VII. Nimirum, quod pactum hoc legibus fundamentalibus regni Gallici adversaretur, ubi sic legitur: *Ne virgo, nevè mulier ad regni hereditatem admittatur, sed agnatus defuncto regi proximus quamvis gradu fœmina posterior, ei tamen præferatur.* Hotom. *d. c.* 23. Solet tamen quandoque populus in gratiam carorum sibi Principum de suo jure quid remittere, atque pacta de electione & successione heredum rata habere. Matth. Bort. *de jur. majest. c. 2. th. 5.* Vin' exempla? En Constantinum M. qui tres filios imperii hæredes reliquit, quos inter imperii corpus divisum fuit, Theodoret. *lib. 2. histor. eccles. cap. ult.* Rufin. *lib. 1. histor. eccles. c.* 11. quàmvis non satis conveniat, diviseritne Constantinus ipse suis filiis imperium, an ipsi post ejus mortem forte id fecerint. *Ludov. Vives ad c. 25. lib. 5.* August. *de*

civit Dei, Sic Augustus Tiberium heredem scripsit. Tacitus *lib.1.annal.* Sueton. *in Augusto cap.* 101. *& Tiberio cap.* 24. *& seq.* Sic Pharnaces rex Parthorum præteritis liberis fratri Mithridati insigni virtutis viro reliquit imperium, plus regno quàm patrio deberi nomini ratus: potiusque patriæ, quam liberis consulendum. Justin. *lib.* 41. Etsi hæc dispositio contra legem regni Parthici fuit facta, eam tamen populus tacito subsecuto consensu approbavit. Sic Dani passi sunt Margaretam Danici sanguinis reginam ultimam adoptare Ericum Pomeranum. Chytræus *in Chron. Sylv. in Europ. c.* 33. Sed Erico idem petenti denegarunt. Crantzius *lib.* 8. *Daniæ cap.* 21.

9. Secundum caput est de regni commissione, quâ à populo vel ephoris regni administratio magistratui summo defertur quæ duobus actibus constat, & absolvitur, essentiali uno, accidentali altero.

10. Actus essentialis consistit in electione legitima, vel successione.

11. Electio legitima est, quâ secundum leges & instituta Reip. ii, qui electionis jura habent, summum magistratum eligunt, eique regimen certis pactionibus committunt. Quæ ut successione naturâ prior est, & antiquior. Zech. *de princip. lib.* 1. *cap.* 3. ita etiam præstabilior putatur. P. Greg. *de repub. c.* 15. Machiav. 1. *discur.* 10. Dubito ego, eò quod minore discrimine sumatur Princeps, quàm quæratur. Tacit. 2. *histor.* vid. Bodin. *de Rep. lib.* 2. *c.* 3. *& 6 c.* 5. Olim electio Imperatorum fiebat jussu populi, qui in Augustum omnem potestatem & imperium transtulisse dicitur. *l.* 1. *de const. Princip.* deinde pares militares copias, quæ hoc jus vi arripuerunt. Herod. *in vit. Iul.* tandem connivente populo Imperatores ipsi, quos volebant, designabant.

bãt. In imperio Germanorum itidem olim jus eligendi ad totũ populum pertinuit, à quo aliquot Imperatores electi sunt, ut Conradus I. Heinricus I. Ottones I. & II. Buxtorf. *ad Aur. Bullam. θ. 13.* Hodie ex lege Caroli IV. à Septemviris electio peragitur, Aurea Bulla *tit. 2.* ultro citroq; interveniente cautione juratoriâ, quæ appellatur secretum electionis. Casp. Ens *in summar. jur. tit. circa elect. & coronat. Imperat. c. 5.* Sic etiam reges Galliæ. Hotom. *in Franco-Gall. c. 7. 12. 25.* Bodin. *lib. 1. de Repub. c. 8.* Heig. *p. 1. q. 2. n. 26.* Scotiæ. G. Buchanan. *in dialog. de jure regni apud Scotos.* Angliæ, Bodin. *d. c. 8.* Poloniæ. Bodin. *d. loc.* Vngariç. Ant. Bonfin. *rer. Ungar. li. 9. dec. 4.* Sueciæ. Arnisæ. *in tract. de autorit. Princip. c. 1. n. 4.* Daniæ. Lauterb. *lib. 1. de Repub. c. 15.* in leges regni jurare tenentur. Vid. Althus. *cap. 19. Polit. n. 38. & seqq.*

12. Estque electio aut voti liberi, de quacunque persona, sive sit civis, sive peregrinus, sive nobilis, sive ignobilis. Ita milites Romani modò civem, modò peregrinum eligebant, Herod. *in vit. Maxim.* Vid. Vincent. Cabot. *1. disp. 8. & 10.* P. Gregor. *de Repub. lib. 7. c. 15.* Quę tamen electio non eò usque extendenda est, ut atheus, sceleratus, omnibusque vitiis ac sceleribus deditus eligi possit, siquidem in omni electione ad finem Reip. qui est salus populi, respiciendum est, licet non ignorent, eligentes quandoq; ad alia, præsertim lucrum illum Deum, insuper habitâ virtute, oculos convertisse.

13. Electio voti restricti ad certum personarũ genus est, in regno Poloniæ, ad quod non civis, sed peregrinus vocatur, Bodin. *lib. 2. de rep. cap. 1.* & olim erat in regno Carinthiorum, ad quod non nisi agricola eligebatur, teste Aenea Sylvio *in descript. Europæ.* Eiusmodi hodie est in

imperio Romano-Germanico, ad cujus sceptrum non clericus sed laicus Buxtorf. *ad A.B.§.31.* & quidem Germanus tantùm admittitur. Sleid. *lib.1. de stat. relig.* P. Heig. *p.1. q.5.* Althus. *cap.19. Polit. n.76.* Et quamvis P. Gregorius *lib. 7. de Rep. c.15.* & Paicanus de probat. *lib.2. c.35. n.50.* contra sentiant, & Gallorum reges in memoriam pristinæ possessionis cùm Germano in electionis calculo concurrere posse, affirment, rectè tamen D. Kirchnerus *de Repub. disput. 4. §. 3. lit. c.* scribit, huic quæstioni jam pridem fauces esse præclusas, in ambitu Francisci I. regis Galliæ, quo de Sleidanus *lib. 1.* Neque ullum jus præscriptione acquisitum domus Austriaca prætendere potest ex eo, quod continua seriè nobis jam novum Imperatorum dederit. Siquidem ex hac vel illa familia Imperatorem eligere, est res meræ facultatis, qualis nullo unquam tempore præscribitur. *l.2. de via publ.* Sixtin. *cons. Marp. 9. n.5. & 63. vol. 1.* D. Arum. *discurs.2. ad A.B. §.2.* An autem vivente Principe electores successorem designare possint? etiamnum quæri videmus. Non puto, nisi accedat consensus Principis: utpote ad quam jura majestatis sunt delata, ac proinde jus eligendi tandiu in suspenso est, quandiu electi regimen durat. Quod autem pendet, item est cùm eo, quod non est. *l. is damnum, 169. §.1. de reg. juris.* Accedente Principis consensu id fieri posse, testatur observantia (quæ omnem actum interpretatur. D. Vult. *cons. Marp. 30. nu. 96. vol.2.* nec præscriptione indiget, Paurmeist. *de jurisdict. lib.2. c.6. n.119.*) in Wenceslao, Maximiliano I. & II. Ferdinando I. & Rudolpho II. Vid. Lancell. *in Templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. §.1 q.2.* P. Heig. *p.1. q.6.* D. Arumn. *vol.1 juris publ. discur. 4. & seq.* Sic olim ab Imperatoribus Romanis Cæsares fuere cooptati, ut imperii successores essent; ut

Tiberius.

Tiberius ab Augusto, Cajus à Tiberio, à Claudio Nero qui Imperatoribus mortuis Augusti dicebantur. Panvin. *de comit. Imper. c 3.* Et tum electus, vel designatus successor suo nomine nullam in regno habet potestatem. Sleidan. *lib. 8. de stat. relig.* sed quicquid agit, id omne vice Principis imperantis agit, *arg. l. 16. ex jurisdict. l. 1. §. 1. & l. 3. de offic. ejus, cui mand.* quam tamen mortuo Principe plenissimè statimque consequitur.

14. Successio sequitur, quæ ut electione natura est posterior, ita usu gentium est receptior. Lips. *lib. 2. civil. doctr. c. 2.* facitq; regnum successivum, seu hereditarium, quale est, & habetur, quod ab initio non uni solum, sed & insimul ipsius commissum est posteritati. Besold. *de regia success. lib. 1. dissert. 1. θ. 7.* Cujusmodi regna sunt Francorum, Anglorum, Scotorum, Hispanorum, Turcarum, Tartarorum, Moschovitarum, & aliæ quæ recenset Bodinus 6. *de Rep. c. 5.* Ubi ad mores cuiuscunque regni respiciendum est, qui ut plurimum masculis, exclusis fœminis, successorio jure regnum deferunt. Vid. Cabot. *lib. 1. disp. 16.* & quidem primogenito. P. Gregor. *de Repub. lib. 7. c. 5.* Tiraquell. *de jure primog. q. 21.* Cui & jura majestatis in solidum tribuantur, cæterique fratres obedientiam & fidelitatem præstent, consultius est, idq; regni Francici firmissimum fundamētum vocat Bodinus *d. c. 5* Quod & veteres Germanos fecisse Tacitus auctor est, à quorum instituto omnes fermè Germanorum Principes, exceptis Electoribus, recesserunt, qui Principatus & feuda ex æquo partiuntur. Reich. *in Saxon. verb. Ducon. Saxum. c. 3.* Sive natus patri sit ante adeptum regnum, sive, post, *per l. senatoris de senat.* ubi ICtus Ulpian.; *Nec interest* (ait) *jam in senatoria dignitate cōstitutus eū susceperit, an ante dignitatē senatoriam*

Foërster *de success. ab intest. lib. 4. c. 24. n. 27.* P. Gregor. *de Rep. lib. 7. c. 9.* Hotom. *ill. quæst. 2.* Atque ita Artaxerxes antegenitus, quàm pater imperaret, rex est appellatus, fratre Cyro juniore cæso ac prostrato. Diod. *lib. 14.* Plutarch. *in Artaxerxe.* Onos. *libr. 2.* etiamsi fortè ille esset surdus, mutus vel diversæ religionis, vel alio modo inhabilis ad imperandum. Althus. c. *19. Polit. n. 85.* Neque enim corporis aut animi virtutes tanti esse debent, ut propter eas à jure gentium omnium communi, quod primogenitum præfert, discedatur. Bodin. *d. c. 5.* Nam nec infantes Principum ob defectum judicii à Principatu rejiciuntur: ergo nec illi. P. Greg. *d. lib. 7. c. 6.* Exempla habemus in Claudio Drusi filio, qui vecors erat & stultus. Sueton. *in vita ejus.* & in Carolo VI. Gallorum rege amente. Paul. Aemil. *lib. 10. histor. Franc.* Ita Calomanus homo naturâ pusillus, linguâ balbus, oculo luscus, pede claudus, dorso gibberus Uladislao ab Ungaris surrogatus fuit. Bodin. *d. c. 5.* Lips. *in monit. Polit. 2. c. 4. monit. 2.* Hoc jus primogenito testamento patris sine illius consensu, aut evidente urgente necessitate auferri nequit. Moline *in Consuet. Paris. § 13 gl. 3 n. 27. & seq.* Hinc tametsi Pyrrhus strenuissimum quemq; filiorum regem futurum designarat, populus tamen primogenitum bello minus idoneum prætulit. Primogenito non extante proximiores prærogativâ graduum succedunt. Hic alta, subtilis, & de apicibus juris pullulescit quæstio, quæ jureconsultos tum veteres, tum recentiores sæpè suspensos tenuit: An nepos seu primogeniti filius secundogenito jure præferatur. Utraque opinio suos habet propugnatores. Nepoti assistunt Hotom. *in disp. singu. de success. patr. & nepot. & ill. quæst. 3.* Bodin. *de Rep. lib. 6. c. 3.* P. Gregor. *de*

Rep.

Rep.lib.7.c.10. Mynſ.3. *Obſerv.*23. Moller.1.*ſemeſtr.40.* Lipſ. *monit. Pol.* 2. *c.4. num.2.& 3.* Jacob. à Saa *de primogenit.* armati potiſſimûm hac ratione, quod hereditas ſuis heredibus deferatur nepotes autem ſucceſſione heredes facti, & ad filiorum conditionem redacti, ſuo jam ac proprio, non autem alieno jure utantur, ac proinde ſuo nomine, non ex perſona filii ad ſucceſſionem vocentur. Accipitur autem hoc loco is nepos, cujus pater, vivente avo, & nondum adepta poſſeſſione mortuus eſt. A parte patrui ſtat autor diſcurſus exoterici *de jure repræſentationis in primogenitura imperii Germanici*, Cujac. 2. *Feud.tit.*11. Geil.2.*Obſerv.*153. Hartm. Hartmanni *lib.*2. *pract. feud. obſerv.* 20. Lud. Molina Jeſuita *de juſt.& jure, tom.3. part. priore, de majorat.* & alij quos allegat Jac. à Saa *de tract. n.* 14. eum triplici jure, poſſeſſionis proximitatis & ætatis priorem & potiorem haberi, exiſtimantes. Ego cujuſcumque regni moribus hoc relinquo cum Zechio *de Princip.lib.*1.*c.*3. Deficientibus maſculis fœminæ ſuccedunt, unde Gynęcocratia oboritur, naturæ legibus inimica Bodin.6.*de Rep.c.*5. Veriſſimè Ovidius.

Fœmina ſum & virgo naturâ mitis & annis,
Non faciunt molles ad fera bella manus.
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior eſt digitis lana colusque meis.

Talis eſt ſucceſſio in Anglia, Scotia, Hiſpania, Luſitania, Sicilia, Neapoli, Navarra. Cabot.*l.*1.*diſput.c.*15. P. Greg.7. *de Rep.c.*11. Sit autē & maneat fœmina imperās innupta, nā nupta jus hoc transfert in maritum. Danæus *l.6.Pol. Chriſt.c.*3. Althuſ.*c.*19.*Polit.n.*79. niſi id ſibi ſpecialiter reſervet, quod Mariam reginam Hungariæ fuiſſe accepimus. Nam regi Bohemiæ Sigiſmundo poſtea Imperatori

Romano nupserat hac conditione, ut majestas regni non penes maritum, sed penes nuptam esset, quam conditionem iniquissimam appellat Bodinus *d. lib. 6. n. 38.* Idque etiam cautum fuit in tabulis cōmitialibus Philippi Principis Hispaniarum, & Mariæ Anglorum reginæ. Thuan.

15. Accidentalis actus est inauguratio, seu coronatio, quæ nihil aliud est, quam confirmatio suscepti & commissi imperii, Accidentalem voco, quia magistratui sumo præter essentiam accedit, eique potest adesse vel abesse sine illius destructione. Unde Imperator ille electus statim Imperatoriam dignitatem, potestatem, omniaque ei cōnsequentia, sine ulla præterea approbatione vel confirmatione, vel coronatione, nec quicquā reclamantibus summis Pontificibus, consequitur. *Lepol.* de Bebenb. *de jure regnic.* 8. Heig. *p.* 1. *q.* 3. *n.* 56. Paurmeist. 2. *de jurisd. c.* 4 *n.* 5. Kirchner. *de repub. dip.* 2. *coroll.* 3. *lit. a.* quod continua serie quinque novissimos Cæsares comprobasse videmus, Ferdinandos I. & II. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam. Insignia & symbola quibus regni commissio repræsentetur, in Variis imperiis varia fuere. De priscis Imperatorum insigniis consule Onuphr. Panvin. *in tract. de comit imper. rubr Veterum Impp. insignia.* Lancell. *in. T. O. I lib.* 1. §. *vestium.* Alexand. ab Alex. *lib.* 1. *gental. cap.* 28. P. Greg. *6. de Repub.* 16. *&* 20. Arnold. Clapm. 3. *de arcan. rerump. lib* 9 Nostri Impp. insignia habent hæc; Diadema, gladium, sceptrū, Pomum aureum, amictum, de quibus Aurea Bulla *cap.* 24. *& seq.* Ren. Choppin. *de doman. lib.* 3. *t.* 8. *& lib.* 2. *t.* 2. Goth. Viterb. *part.* 19. *Chron. rubr. de regal. insign.* P. de Andlo *lib.* 2. *de imper. Rom. c.* 6. ibique De. Marq. Freserus.

16. Tertium & ultimum majestatis imperii jus consistit

sistitin regni dispositione, quod spectat ad ipsam Remp. ita tamen, ut existentibus imperantibus populo hîc sint ligatæ manus, nec quique illis invitis de regno disponere possint, per ea, quæ supra dixi *numero 8*. Hæc lex regni est immota, quæ etsi expresse alienationem Principibus non interdicat, tamen tacitè eam prohibuisse intelligitur. Vasq. *ill. controv. p. 1. lib. 1. c. 1. n. 10. & seq. c. 5. n. 3. & seq.* Hotom. *ill. quæst.* 1. Bodin. *lib. 1. c. 9. & lib. 6. c. 2.* Mynf. *cent. 4. Obs. 8. n. 3. & cent. 5. Obs. 97. n. 10.* Geil. 1. *Obs. 14. n. 6. & 2. Obs. 88. n. 2. & 9.* Pflug. *in Orat. de Imperio Rom.* sed nec subditos suos alienare possunt, non magis, quam dominus Vasallum. Vasq. *d. lib. 1. c. 6. n. 3. & seq.* Coler. *in c. cum non liceat. n. 9. & seqq. de præscript.* ut & è contrario, subditi alteri quàm vero domino se submittere, eumque superioritate privare non debent. Th. Mich. *de jurisd. conclus. 138. lit. b.* Reces. imper. *de anno 1529.* §. Wie auch Churfürsten. *& de anno 555.* §. Es soll auch. nisi justæ utrobique subtractionis essent causæ. Heig. *p. 1. q. 19. n. 16.* Coler. *d. lo.* Schöner. *de feud. disp. 10. th. 128.* quibus tamen casibus subditis licere arbitrantur, pretium alienationis offerendo semet redimere, & in libertatem asserere. Hostiens. Felin. Covarruv. Surdus, & alii, quos allegant Heig. *d. q. 19 nu 7.* & Schön. *d. disp. 10. th. 136.* aliâs subditi agere possent pro suo interesse. Panormit. *in c. auditis de præscript.* Scire igitur debent Principes, & tutelam sic procurationem Reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, quendam esse. Cicero 1. *Offic.* Scire debent, nulli magis convenire salutem Reipub. tueri, quàm Cæsari. *l. 3. de offic. Præf. Vigil.* Hinc ait Baldus, imperium non esse in marsupio Principis, *in c. intellecto de jurejur.* At inquis princeps, est dominus, adeoque moderator & arbiter regni,

sui, *arg. l. in re mandata. 21. C. mandat.* etiam in abutendo, *l. sed si lege. §. consuluit. de pet. hered.* rebusque suis potest imponere legem, quam velit. *c. verum. ex. de condit. appos. l. quoties. C. de donat. sub mod.* Quod vel maximè de Imperatore dicẽdum videtur, utpotè qui dominus orbis dicitur, *l. deprecatio. ad l. Rhod. de jact.* sicut Petronius canit:

Orbem jam totum victor Romanus habebat. Sed respondeo, Principem vi majestatis seu potestatis summæ omnia facere posse, quæ juribus regni non adversantur, utpotè quibus est obnoxius & obstrictus. Sic igitur facultas de regni constitutione, commissione, & denique dispositione, non ex voluntate seu potestate Principis, sed ex voluntate seu majestate imperii dependet. Ita Cæsar ex rebus imperii sine septemvirorum assensu disponere lege imperii prohibetur. Sleidan. *lib. 1. de stat. relig.* ubi ita scribit *Facultates imperii neque distrahat, nec oppignoret, nec alio quovis modo deteriores faciat, & quæ sunt ab aliis nationibus occupata, vel ab imperio divulsa bona, primo quoq; tempore recuperet.* Sic nec regi Galliæ jus est illam domanii seu regni sui partem sine publici consilii auctoritate & judicio alienandi. Hotom. *lib. 2. de antiq. jure regni Gall.* Hinc Parlamentum Parisiense alienationem Burgundiæ, aliarumque provinciarum à Francisco I. Carolo V. Imp. Jurato factam irritam habuit. Bodin. *5. de Rep. c. 6.* Et Angli alienationi Anglici regni in Padulphi Papæ Legati manus à Johanne rege traditi restiterunt. Joh. Smith. *de Repub. Angl. cap. 9.* Non igitur injuria Maximilianus I. Carolum IV. dissipatorem, & vitricum imperii vocavit. Spigel. *ad lib. 5. Ligur. Guntheri,* eò quòd regnum Arelatense Delphino, prandii uni⁹ gratia donaverit, Lusatiam regno Bohemiæ adjunxerit, aliasq; plurimas Italię civitates in magnum

gnum imperii detrimentum alienarit, & si emptorem reperisset, totius imperii vendendi animo fuerit. Crantz. *in Sax. lib. 10. c. 3.* Theod. de Niem. *tract. 6. tit. Imperatores semper Augusti.* Warem. ab Eremb. *de regni subsid. c. 5.* Quamobrem licet Princeps sit dominus regni sui, licet etiam Imperator sit dominus Orbis, scil. Romani. *arg. l. in orbe. 17. de stat. hom.* non totius *l. 1. C. de summa Trin. l. 4. C. de comerc.* tamen bonorum regni alienãdorum potestatem non habet, nisi indè sequatur modica læsio. P. Gregor. *l. 7. de Rep. c. 20. n. 61.* Vasq. *lib. 1. ill. controv. c. 3. n. 8. & c. 4.* Et quamvis etiam privatorum res dicantur esse Principis, id tamen de imperio, non dominio; ditione, non proprietate; jurisdictione, non possessione & usu, accipiendum est. Reich. *de sublim. territ. jur. c. 1. n. 183.* Ex hisce constare potest, quid de donatione illa famosa, quæ à Constantino Imp. in manus Sylvestri Pontificis Maximi facta fingitur, sit sentiendum, quæ jam olim irrisa fuit ab Anton. de Rosell. *in Monarch. lib. 2.* nec ullam ejus mentionem faciunt Eusebius, Beda, Socrates, Zonaras, Sozomenus, Theodoretus & alii plures, qui res gestas Constantini diligenter scripserunt. Eamque fabulis relinquunt, Aeneas Sylv. *in Dialog.* Brutum fulmen Hotomanni. Everhard. *in loc. à verosimili. n. 15. & seqq.* P. Gregor. *de Repub. lib. 6. c. 14.* Philipp. Camer. *cent. 1. horar. succis. c. 61.*

17. Hactenus de imperii juribus, quæ occasionem legibus regnorum fundamentalibus dedisse, ait Matth. Bort. *d. c. 2. §. 17.* quæ nihil aliud sunt, quam pacta quædam, quæ constitutæ Reip. conservandæ gratiâ adjecta sunt, quo spectant n. Bulla Caroli IV. Capitulationes, Imperii recessus Reichsabschied/ Reichssatzungen/ Policey vnnd Cammergerichts Ordnung. Quæ ad tria superiora maje-

statis jura, puta constitutionem, commissionem, & res referuntur, Matth. Bort. *d. c. 2. th. 20*, hâc tamen inter illa servata differentia; quòd imperii jura sint priora, & caussa legum fundamentalium, & quòd sine illis nulla Respub. constitui, aut constituta conservari possit, at verò sine hisce Resp. constitui & consistere omninò possit, quàmvis ad conservandum imperium, & coercendam imperantis potestatem non parum faciant, unde illis origo.

CAPUT II.

De Majestate Imperantis ejusq; Juribus.

HVc usque Majestatem imperii, ejusque jura exposui, sequitur *Majestas imperantis*, quam vocant personalem, eamque definio potestatem summam, quam qui statui præest, obtinet in subjectos.

2. *Sũma potestas* est, nõ quòd eâ prorsùs nihil sit superiꝰ, sed quòd neque superiorem, neque æqualem inter homines ullo modo habeat, *arg. l. 34. in pr. de vulg. & pupill. subst.* Sicuti in simili Philosophi summum genus etiam illud vocant, quod in suo genere vel categoria summum est, ut est substantia in prædicamento substantiæ, quantitas, qualitas, actio, passio, relatio, in suis prædicamentis; & apud Ramæos, caussa, effectum, subjectum, adjunctum, &c. in suis categoriis, quorum tamen omnium genus summum absolutè & simpliciter est Ens. Planè hoc sensu majestatem potestatem summam voco, quod in suo genere sit summa, & à superiori nullo dependeat, nisi à Deo. Sic Teutelianus *in lib. ad Scapulam*; *Colimus* (ait) *Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, hominem à*

Deo

Deo secundum, & quicquid est à Deo consecutum, à solo Deo minorem. Et Guntherus *in Ligurino lib. 6.*

Nullum caput ista super se
aspicit, excepto cœlorum rege, potestas.

Et Martialis:

Qui rex est, regem maximè non habeat

3. Hæc si unius est, constituit monarchiam; si plurium est, & paucorum, aristocratiam; vel universorum, democratiam. Henod. *in Thalia.* Jacob. Simanca *2. de Rep. 3.* Bodin. *2. de Rep c. 1.* P. Gregor. *5. de Rep. 1.* In aristocratia & democratia majestas universis quidem, non verò singulis attribuitur. Kirchn. *de Rep. disp. 5. § 6.*

4. *Summa est*; ergo legibus soluta: Posita namq; caussa, & effectum poni necesse est. Itaque summam potestatem qui habet, legibus solutus habetur. *l. princeps 31. de ll.* De cujus legis genuino sensu ferè sexcentæ circumferuntur opiniones, quas relatas vide apud Barclajum *lib. 3. c. 15. & seq. de regn. vel regal. potest.* Arnisæ. *de stat. imper. Rom. c. 6.* Vasq. *ill. controv. p. 1. c. 26. n. 13.* Alber. Gentil. *disp. 1. de potest. reg. absoluta.* Ego sic sentio, nec cuique assentiendi legem impono, Principem omnibus legibus esse solutum, exceptis juribus seu legibus imperii, & quæ de iis latæ sunt, fundamentalibus. Princeps inquam, solutus est legibus civilibus, naturalibus, divinis. Nam primo exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Dd. *in l. 1. de reg. jur.* Atque dictæ l. Princeps. exceptio est in legibus regni, & fundamentalibus, ad quarum observantiam princeps juramento adstringitur. Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 8.* Buxtorff. *ad A. B. § 7. lit g. & h.* Auctor disp. *de jure Princip. concl. 44.* Ergo his exceptis, aliis omnibus est solutus. Deindè quæro ex illis, qui Principem summum legibus

obligatum esse opinitantur, unde obligatio illa sit? Certè non à Principe ipso, siquidem nemo sibi legem dicere potest à qua ei, cum libuerit, recedere non liceat, *l. 22. de leg 3. l. pen. de arbitr. Nulla* (inquit Javolenus) *obligatio consistere potest, quæ à voluntate promittentis statum capit. l. à Titio.* 108. *§. 1. de verb. oblig.* Panormit. *in c. pro illorum. de prabend.* nec à prædecessoribus; quia par in parem non habet imperium, *l. 13. §. 4. ad Trebell. c. 20. de elect. & elect. potest.* Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 8. p. 164. & seq.* nec à superiore; quia ipse summus, superiorem non habet. minus à subditis; cùm hi accipiant, non dent leges. Aeneas Sylv. *tract. de ort & auctor. imper. Rom. c. 20. & seq.* Dn. Arumnæ. *discurs. Acad. 7. vol. 1.* Undè Imperator Justinianus ait *in Nov. 23. c. 2.* neminem tantæ esse potestatis, ut Principem nolentem cogere possit. Deficiente igitur imperio in summam potestatem ulli hominum competente, deficiunt quoque leges eandem constringentes, deficientibus his, deficit quoq; inde resultans obligatio; obligatione autem deficiente, necessariò sequitur, summam potestatem nullam esse, quæ legibus constricta sit. M. Reinh. König. *in disput. de majest.* Summa huc redit. Princeps solutus est, ergo non obligatus; vel Princeps non est obligatus, ergo solutus. Sunt enim hæc contraria immediata, quorum hæc est, natura ut uno posito, alterum tollatur; & altero sublato, alterum ponatur, *l. hac verba, ille aut ille. 124. de verb. signif.* At, inquis, ipse leges, naturales præsertim & divinæ Principe sunt superiores. Balb. *in c. 1. § notandum. 5. n. 2. de his, qui feud. rer. poss.* iis igitur solutus non est, quia inferior non potest abrogare legem superioris. Tiraq. *de pæn. leg. temperand. caus. 38. n. 2.* Undè Baldus ait, magnum esse Cæsarem, sed majorem esse veritatem, *in l. Aemilius de minorib.*

Et Augustinus, remota justitia quid sunt regna, nisi magna latrocinia, *de civit. Dei lib. 4. c. 4.* Quibus motus D. Althusius negat absolutam, summam, & legibus solutam potestatem, *cap. 9. Pol. n. 27. 22. 25. 26. 27. & capit. 19. n. 9.* 10. 11. 35. 36. 46. 53. *& seq. item cap. 24. n. 49. & capit. 39. n. 8.* 128. Ita quidem est, ut ais, sed scito, in hac quæstione non esse sermonem de legibus, quatenus Principem dirigent, seu quatenus sunt objectum, regula & norma justitiæ, sed quatenus eædem sunt instrumenta & media subservientia majestati, & exindè principi ad regendam rempub. Posteriori modo Ulpianus leges consideravit, cum principem legibus solutum dixit *in d. l. princeps.* non priori. siquidem obligatio legis non ab ejus introducendæ ratione sed à jubentis voluntate, jussu & præcepto pendet. *l. obligamur. 52. §. 5. de oblig. & act. l. 1. de legib.* Ratio sine jussu ad ęquum bonum; lex autem in se continens pręceptum & jussum, ad imperantis majestatem pertinet; Sic enim à Bodino *li. 1. de rep. c. 8. & lib. 3. c. 5. in pr.* definitur lex, quod sit summæ majestatis jussum; seu ut Papinianus ICtus ait, præceptum. *l. 1. de legib.* Quocirca leges divinæ & naturales, rationes & jura rectius, quàm leges dixeris cum D. Vult. *in com. Inst. ad §. sed quod Principi. n. 8. de jure nat. gent. & civ.* Hæ ut dixi, à Principis potestate sola dependent; illa immediatè sunt à Deo & recta ratione, quibus Princeps obligatus manet. Hinc Princeps pacta & conventiones honestè dissolvere non potest. Bodin. *d. c. 8.* sed iis omninò stare cogitur. Vasq. *ill. contr. lib. 1. c. 3. n. 1. & seqq.* Myns. *resp. 24. n. 19.* KecKerm. *disp. pract. 29. q. 3.* etiam inter veniēte actu aliquo juris civilis, veluti stipulatione. Vasq. *d. lib. 1. c. 1. n. 7.* sive cùm exteris, sive cum civibus & subditis contraxerit. Bodin. *d. c. 8.* D. Vult. *cons. Marp. 34. nu.*

115.*vol.3.* nec alteri jus suum vel bona auferre potest. Hotom.*illustr.quæst.*1, Pinell.*rubr.C.de rescind.vend.p.*1.*c.*2.*n.*24. nisi publicâ urgente necessitate. Geil.1.*Observ.*56.57.58. & 142.*n.*12. Hart. Pistor. *lib.2.pract.observ.q.*40.*n.*43. & refuso justo pretio. War. ab Erenb. *de regn. subsid. c.* 10.*n.* 10. Si tamen jure supremæ dominationis suâ potestate abutatur, de facto quidem illud fuit, sed absq; ullo metu pœnæ, tutus scil. summa majestate. Alber. Gentil.*disp.*1 *de absol.reg.potest.* Auctor disp.*de jure Princip.concl.*44. qui tamen divinæ majestatis judicium non effugiet.

5. De Imperatore nostro Romano-Germanico quæritur, an is etiamnum in imperio summam & solutam legibus potestatem seu majestatem habeat? Ita sanè puto. Olim habuit, ergò & hodiè, *arg.l. præcipimus. C. de appell. l. sancimus. C. de testam.* Cùm numquã & nusquã neque expresse neque tacitè illa Imperatori sit adempta. quin eidem passim in Aurea Bulla, Constitutionibus & recessibus imperii majestatem attribui legimus. At verò majestas est caussa immediata potestatis legibus solutæ. Amisę *in tr. de jure majest.c.*3.*n.*1. D. Arumæ. *discurs. Acad.* 7. *vol* 1. in cujus signũ plenitudine potestatis, Römischer Kayserl. macht vnd volkommenheit utitur. Aurea Bull.*in præf. circa fin. & tit.*2.*in pr.*1.8.13.16. Undè imperii caput non immeritò dicitur, A.B.*t.* 2. ibi: erwehlen ein Weltlich Haupt dem Christlichen Volck. Recess. imperii *de anno* 66. §. wöllen auch. *ibi*: wie wir dan als Römischer Kayser / vnd das Oberhaupt im H. Reich. nobilissimus. *l.*3.*de natal. rest.* Optimus & Maximus, *l. in honoribus.de vacat.muner.* Et ipso Papâ fatente summus Princeps. *c. Apostolicæ de re jud. in* 6. Hoc ipsum Philippus Hassiæ Landgravius; Princeps omnium seculorum memoriâ celebrandus, jam olim

Gras

Granvellano objecit. Carolo V. Imp. per imperium autoritatem super omnes reges conciliari, teste Sleidano *lib. 17 de stat. relig.* Quam præeminentiam ipse Turcarum princeps, qui tamen se omnium imperatorum ter maximum appellat. Kirchner *disp. 3. coroll. 4.* Imperatori defert hac formula; *In fide Jesu Nazareni inter cateros principes Christianorum summo*, uti constat ex epistolis Turcicis á Nic. Reusnero editis. Dissentit Ferd. Vasquius *ill. controv. p. 1. in præfat.* ubi regem suum Hispaniæ, dignitate, potestate, ditione & imperio omnes principes antecedere duodecim argumentis operosè, sed frustra demonstrare conatur. Nec majestatis prærogativa, sed dignitatis tantùm nomen ei à Cancellaria Imperiali tribuitur. Kirchner. *d. disp. 3. coroll. 7.* Ridiculus quoque Moschus, qui sibi ipse Cæsaris nomen sumpsit. Kirchn. *ib. coroll. 8.* Nec toleranda eorum est opinio, qui sacrosanctum hoc imperii caput Pontifici Romano subesse scripsitarunt, eumq; utrumq; gladium habere, juxta illud, ecce duo gladii hîc: & omnes judicare, à nemine autem judicari. *c. unam sanctam. extrav. de major. c. omnes dist. 22. c. cuncta. 9. q. 3. c. novit. 13. de judic. c. venerabilem 34. de elect. & elect. potest.* Quin nec imperii proceres Pontificem superiorem agnoscunt. Matth. Steph. *de jurisd. lib. 3 c. 3. n. 68.* sed nec ulla caussa, ne quidem ab Imperatore, extra imperium trahi potest. Schramman *Observ. Camer. 21.* nec Status alicubi extra illud se sistere tenentur. Ord. Camer. *p. 2. t. 7. §.* doch die selbigen auß dem Reich. Crantz. *in Sax. lib. 10. c. 38.* Mynſ. 1. *Observat. 14.*

6. Hinc etiam deduco, Statum imperii Germanici esse monarchicum. Nam si solus Imperator plenitudine potestatis utitur, summumque in imperio habet impe-

rium, adeoque solus legibus est solutus, illum monarcham, & vi conjugatorum remp. Germanorum monarchiam esse, necessariò consequitur. Et quamvis hodie reliquiæ imperii hujus non nisi tenuis magni corporis umbra Sleidano *de IV. monarch. lib. 3.* Et vix quadragesimam portionem veteris monarchiæ æquent. Freser. *in not. ad lib. 2. P. de Andl. cap. 18. in fin.* & ut Bodinus *cap. 7. meth. histor.* scripsit, vix centesimam partem orbis terrarum contineat; tamen quarta monarchia esse non desiit, utpote quæ non locorum spatiis, vel numerosa provinciarum multitudine est definienda. Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 9.* Kirchn. *disp. 3. th. 5.* Sicuti enim exigua familia angustissimis gurgustiis comprehensa, eodem familiarum jure censetur, quo quæ superbissimis, ac latè patentibus ædificiis gloriantur: Sic Ulysses, cujus imperium Ithacæ scopulo continebatur, rex æquè dicitur ab Homero, atque Agamemnon, Bod. *d. c. 9. n.* 10. Similiter Emathion angustis pagis inclusus. Justin. *lib. 7.* & cujus uxor cibaria coquebat. Herod. *li. 8.* rex erat non minus, quam Alexander Magnus, qui totum orbem sibi debellasse videbatur, aut Hispaniarum rex, qui altera manu orientem, altera occidentem tangit.

7. Ad alios pergo, quibus tanquã superioribus majestas non minus, quam Imperatori competit, licet gradu qualitatis minore. Nec enim astipulatorem me habent illi, qui Imperatori simpliciter totius mundi dominium attribuunt, eique omnes reges & principes subjiciunt, quod tamen adeo verum putavit Bartolus, ut dissentientes hæreticos vocare non dubitarit, *in l. hostes de capt. & postlim. revers.*

8. Quid igitur de Pontifice Romano dicemus, an ei majestatem denegabimus? Ratio dubitandi est, quod iis

sit

sit subditus & vasallus imperii Bodin. 1. *de Rep.* 9. Dantes *de monarch. lib.* 3. Eberhard. à Weihe *in orat. de jure Pontif.* Warem. ab Erenb. *de subsid. regn. c.* 2. *n.* 45. quos majestatis incapaces infra dicemus. Accedit quod, Episcopis, quos inter familiam ducit Papa audientia tantùm, non autem jurisdictio seu potestas politica in jure tribuatur, *tot. Tit. C. de Episcop. aud.* & ibi Cujac. *in præfat.* Separata enim dona Dei sunt Sacerdotium & Imperium. *Nov.* 6. *in pr.* maleque sonat psalterium cum cithara. Ferrariens. *in form. libelli resp. rei convent. glos.* 18. *n.* 1. Ratio decidendi est, quod Papa in suis terris superiorem non cognoscat, & sic summam, legibusque solutam habet potestatem, omniaque ea, quæ monarcha exercere potest. Peregrin. *li.* 1. *de jurib. & privil. fisci. c.* 2. *n.* 2. quam opinionem communem dicit Afflict. *in c.* 1. *numer.* 2. *qua sint regal.* 2. *T.* 53. inque eum crimen læsæ majestatis committi posse, assero cum Hieronym. Gig. *in tract. de crim. læs. majest. lib.* 1. *rubr. qualiter & à quib. crim. n.* 2. Hæc tamen Papæ potestas intra suos limites contineri debet, nec extra ditiones ejus extendenda est. Absurdum enim est, dicere Papam omnium Christianorum esse dominum. *c. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. & ab eo omnia regna dependere, ut scripsit Bartolus *in extrav. ad reprimendum super verb. totius orbis.* Nulla enim respublica salvo majestatis seu superioritatis jure superiorem Pontificem agnoscere potest. VVarem. ab Erenb. *de regn. subsid. c.* 2. *n.* 16. Kirchn. *disp.* 2. *coroll.* 1. *lit. c.* Etsi autem in bonis feudalibus Cęsarem superiorem meritò reveretur Papæ, in aliis tamen ipse summus Princeps superiorem non videt, quo respectu ei majestatem iure tribuat præsertim cum duæ hæ potestates, ecclesiastica scil. & politica hodie in uno eodemque subjecto, exem-

plo

plo Archiepiscoporum, Episcoporum & abbatum Germaniæ optimè consistere possint, Geil. 1. *observ. 30. & de pace publ. lib. 1. c. 1. n. 13.*

9. Item statuo de regibus Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Ungariæ, Daniæ, Poloniæ, Sueciæ, qui in suis regnis sunt Monarchæ, Jacob. de Bellvis, *in c. 1. Quis dicat. Dux. Marchio.* omniaq; posse dicuntur in suis regnis, quæ Cæsar in imperio. Curt. jun. *cons. 1. n. 30.*

10. Et generaliter omnibus omninò superiorem non recognoscentibus majestatem tribuo, è quorum numero est serenissima venetorum Aristocratia, Bald. *in l. 1. de rer. divis.* Bart. *in d. l. hostes.* Alber. de Rosate *in l. 1. C. de summ. Trin.* quæ domina maris Adriatici, Bart. Cæpoll. *de servit. rust. prad. c. 26. nu. 28.* nova Roma. Raph. Fulgos. *cons. 62.* communis omnium patria. Cuman. *cons. 72. in fin.* & aliarum civitatum regina dicitur à Gig. *in d. tr. de crim. læs. majest. rubr. quotuplex sit majest. n. 16.*

11. Sed quid de iis statuemus, qui se alterius clientelæ subjiciunt, an eos maiestatem amittere, & patrono concedere putabimus? Nihil minus. Sic enim Proculus ICtus *in l. non dubito. 7. §. 1. de capt. & postlim. revers.* ait: *Liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subjectus, sive is foederatus est, item sive aquo foedere in amicitiam venit, sive foedere cōprehēsus est, ut is populus alterius populi majestatē comiter cōservaret.* Ex quibus verbis liquidò cōstat, ius clientelare, & ius superioritatis seu maiestatis esse separata, Sixtin. *consil. Marp. 8. n. 109. vol. 3.* quorum unum ex altero non infertur, *arg. l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. possess.* Everh. *in loc. à separatis n. 1.* Schutz vñ schirm gibt keine Obrigkeit/ ait Geil. 2. *observ. 54.* Schurff. *cent. 3. cons. 23.* Curt. jun. *cons. 286. n. 22. vol. 3.* Parthen. Litigiosus

lib. 3.

lib.1.c.16.n.12. Gigas *in d. tr. de crim. læs. maj. pag. (mihi)* 117. Bodin. *5. de Rep.* 6. P. Frider. *l.2. de mand. c.14.* Thom. Mich. *de jurisd. conclus. 55.* Sed quoniam ex defensione sæpè videmus fieri offensionem, componantur cautè protectionis capita, ne ex illis occasio subjectionis potius, quam protectionis beneficium oriatur, ut benè monent Bodin. *d.c.6.n.587.* P. Greg. *de Rep. l.11.c.11.n.6.* Mynf. *resp.* 13. *decad.* 2. *n.* 11. Erenb. *de foeder. l.1.c.4.n.13.* Sixtin. *de regal. c.9.n.86.*

12. Addidi in definitione *perpetua*, siquidem majestas nullo temporis spatio terminatur, sed eo animo datur & accipitur, ut apud imperantem sit, quandiu vivit. Ergo quibus precariò & ad breve tempus summa conceditur potestas, cùm pacto, ut lapso tempore, potestatem illam deponant, rerumque à se gestarum rationem populo, Optimatibus vel Principi reddant, iis majestas propriè non competit, sed potius summæ potestatis ac imperii apud ipsos depositi custodes tandiu sunt, quoad summus Princeps, Optimates, populúsve id reposcant, cujus ipsi verè domini possessores & arbitri sunt. Bodin. *de Repub. lib.1. cap.8.*

13. Denique in majestatis definitione posita sunt hæc verba; *in subjectos*: quibus non tantùm cives & subditi, sed etiam peregrini, & qui jure commorationis, vel hospitii subjecti, & quodammodo subditi sunt, comprehenduntur. Kirchn. *disp.2. de Rep. th.3. in fin.* Paurm. *de jurisd. lib.1. cap.3. n.11. & 12.*

14. Cæterum summa & perpetua hæc potestas, seu majestas suâ naturâ & individua est, ac incommunicabilis. Kirchner. *de disp.2. th.4.* Nam summum & unum convertuntur, ac proindè superioritas pluralitatem respuit. Ut enim mundus non patitur duos soles; sic quoque nec

D 3

imperium patitur duplicam majestatem. Rol, à vall. *consil.* 1. *n*. 138. Novimus quidem Duos quandoque vel tres se Imperatores nominasse; novimus quoque Duos vel tres soles apparuisse. Plinius *histor. natur. lib.* 2. *cap.* 31. & hoc ipso die, qui est XXV. januarii anni CIↃ IↃ Ↄ. XXII. dum hæc scribo, circa oram octavam matutinam tres soles visi sunt, cujus rei causa naturalis, fide opticorum, posita est in mistura reflectionis & refractionis, quo fit, ut imago secunda & tertia tot modis obliquata debilior sit. Risnerus *Opticor. lib.* 4. *Theor.* 20. sed vicissim novimus, plures unius solis imagines tandem iterum dissipatos esse, necdiu plures, qui se Imperatores nominarunt regnasse sed tandem etiam ad unum, reliquis prostratis, regimen devolutum fuisse. vid. Peucer, *in divinat. tit. de Meteorologia, pag.* 585. *& seq.* Nec præscriptione majestas à subditis, quâ talibus, acquiritur. Hoc enim ut inferiores juris superioritatis capaces nemo sanus dixerit, Th. Mich. *de jurisdict. conclus.* 8. *lit. c.* Vid. Vasq. *p.* 1. *lib.* 1. *controv. illustr. c.* 2. *n.* 14. Fateor in Aristocratia & Democratia majestatem multis tribui, at non singulis, siquidem in statu polyarchico major pars vel pauciores, iiq; digniores, summum habent imperium, singulis incommunicabile.

15. Quod cùm ita sit, quartam ex duabus vel tribus conflatam majestatem minimè admitto, sicuti nec mixtum Reip. statum. Atque hanc sententiam ante quinquennium in florentissima Salana, quæ est Jenæ, ubi tum temporis studiorum gratiâ degebam, auditoribus meis privatis ad disputandum proposui, motus sequentibus rationibus, quas postea Clarissimus Academiæ Tubingensis Politicus Dn. Christophores Besoldus (cui vita & sal⁹) refutãdas suscepit, idq; quâ est modestiâ amicè & candidè

fecit

fecit *vid. lib. 1. Polit. c. 8. §. 1. & 2.* Quod igitur tibi solertissimè Politice licuit, mihi integrum esse haud negabis. Scripsi, per naturam nunquã fieri, & ne quidem imaginatione perfici posse, ut summa potestas sive majestas cum inferiore commisceatur, ut tamen maneat summa, è Zachar. Fridenrich *Pol. cap. 18. & 19.* Huic rationi respondet Besoldus, summam potestatem manere, sed non ei uno; verum in corpore seu collegio ἀρχόντων universo. Cui repono, nullam hîc esse mixturam, nec ejusmodi statum à polyarchico differre, ubi majestas universis tribuitur, non singulis. Perge verò. Etsi (*ais*) majestalis jura in solidum fuit penes collegium, nihilominus tamen ita dividi possunt, ut quædam Rex quædam Senatus; aut quædam optimates, & quædam plebs habeat, nec senatus sine rege ea obtineat, iisve plebs simul firmatur, & nobiliores. Regero. Si in statu polyarchico majestatis jura collegio qua tali tribuuntur, eadem quî membris singulis attribui possent, equidem non video. Sic enim ICtus Ulpianus *in l. 7. §. 1. quod cujusq. univers. nom. debet.* Si quid (*ait*) universitati debetur, singulis non debetur; nec quod debet universitas, singuli debent. Ecce ICtus universitatem & singulos inter se opponit, atque ea, quæ universitati tribuuntur à singulis removet, & contra. Sic quoque bona universitatis non sunt bona singulorum, nec contra. *lib. 6. §. 1. de rer. divis. § universitatis, Inst. eod.* & exindè pro debito universitatis non dicitur actor singulorum, nec contra. *l. 2. quod cuiusq. univers. nom.* Pari ratione infero; jura majestatis in statu polyarchico in solidum collegio tribuuntur, ergo à singulis membris removentur. Sed fingamus opinione, si possumus, majestatem sic communicari & dividi, ut resideat partim penes Principem, par-

tim penes optimates, partim denique penes populum. Singulorum horum potestas erit vel par, vel impar. Non illud, quia nulla earum maneret summa, utpote quæ cum unitate convertitur, adeóque nec parem admittit. Non istud, quia unam ex iis oportet esse superiorem & reliquas inferiores, vel contra. Utrumque dictu absurdum, quia unius superioritas reliquorum potestatem subordinatam & inferiorem arguit, quæ majestati à regione adversatur. Scripsi contradictionem involvere esse penes unum supremam & absolutam potestatem, & eandem esse penes plures. Respondet Dn. Besoldus, verum hoc esse in statu simplici monarchico, falsum autem in statu mixto, quam polyarchico accenset. Sed hoc ipsum est in quæstione, an in statu polyarchico imperium summum ita inter plures sit ut partim etiam penes unum sit, hoc affirmanti probandum erat. Scripsi, majestati nihil tam esse contrarium, quàm dividi & communicari. Concedit, si prædicatum hoc copulatur monarchicæ majestati: aliàs in omni polyarchico ea communicari. Respondeo, in statu Polyarchico, scil. aristocratia & democratia, majestatem universis quidem, at non membris tribui. Scripsi, majestati repugnare à superiori dependere. Atqui in monarchia aristocraticis rationibus tēperata, omnis potestas inferioribus magistratibus data, à superiori quam monarcha solus obtinet dependet. Ergò solus monarcha majestatem habet. Poterat etiam argumentum sic formari: Potestas ab alia dependens nō est majestas, atqui in statu mixto (cujus modi Besoldo est imperium Germanicum) Optimatum, veluti Procerum potestas à Cæsare dependet, ergo non est majestas. Propositio sic patet, quia summum & independens convertuntur,

tuntur.sicuti dependens & subordinatum. Assumptio tum ex eo cõstat, quod ius creãdi reges, electores, principes sit reservatum Cæsari, eiq; soli competat, tũ ex Cæsareo quodam decreto, quôd hisce verbis recitat. Hen. Bruning. *de variis univers. specieb. conclus. 10. lit. b.* daß der Churfürsten Hochheit vnnd Autoritet mit eines Römischen Kaysers Gewalt vnnd Hochheit / Daher sie auch fleust dermassen verbunden / das eine ohne die ander nit verschmehlert werden / auch ohne die ander nichts bestehen kan / ja das die Höchste Würde den Churfürsten / damit Sie vor andern Königen vnd Potentaten gezieret / eben diese ist / das sie einen Römischen Kayser / dessen Hochheit / Autoritet vnd Gewalt alle andere übertrifft / von den auch alle andere herfleust / zuerwehlen haben. Et hoc est quod ICtis communiter placuit, omnes dignitates, potestates, iurisdictiones ab Imperatore fluere & dependere. Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 4. n. 3.* Gilhaus. *p. 1. arb. judic. civil. c. 1. n. 1.* Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 3.* Quid ad hęc Dn. Besoldus? Fatetur caput plerunque (imò semper *arg. l. 43. de relig. & sumpt. funer.*) multis modis præ reliquis membris excellere: non tamen in solidum omni imperii iure frui. Quæ responsio cum prioribus petit principium, eademque facilitate, quâ affirmatur negatur. Scripsi, in monarchia, quæ aristocraticè gubernari dicitur, monarchã omnes esse inferiores, illiq; obsequium præstare teneri. Non concedit hoc Dn. Besoldus, nisi quoad iura, quæ monarchæ soli competũt. At quænam illa, quæ illi cum optimatibus communia. Respondet, bellum facere, foedus inire, leges facere, transferre cameralem sedem &c. Hæc nimirum est basis & fundamentũ cui contraria sententia innititur, quo destructo, omnia super-

ſtructa deſtrui neceſſe eſt. Sed reſpondeo, & gubernator navis unus omnia agere dicitur, ita Imperator prora puppisq; eſt omniũ eorũ, quæ in comitiis imperii peragũtur, tametſi ſine ſtatibus, ut cauſſis adiuvantibus prædicta & eiuſmodi alia nõ fiant, exemplo veterum Imperatorum Romanorum, qui ſine conſenſu & conſilio ſenatus, ea quæ ponderis alicuius videbantur, nõ expediebant. *l. humanum. C. de legib. l. cum hic ſtatus. de donat. int. vir. & uxor.* Briſſon. *li.* 1 *antiq. c.* 16. etſi ſummam, & abſolutam habuerunt poteſtatem. At inquis, alium nunc eſſe imperii ſtatum, quàm olim, ſiquidem convocatio. Statuum olim erat voluntatis, hodiè verò eſt neceſſitatis. Equidem fateor, Cæſaris poteſtatem hodie eſſe limitatam & reſtrictam, ſed tamen ſine diminutione maieſtatis, quia modus rei, rei eſſentiam nec facit, nec tollit, ut mox dicam. Et quàmvis imperii Status quorundam iurium maieſtatis exercitium ex permiſſione Cæſaris habeant, tamen iura maieſtatis quoad proprietatem ſibi arrogare non poſſunt, utpote qui Cæſaris legibus tenentur, eique obſequium & fidelitatem iurant, ac proindè propriiſſimè Imperatoris ſubditi dicũtur, *vid. infra theſin.* 23. Neque reſpectu eorum, quæ in comitiis cùm EE. & Principum conſenſu peraguntur, iſti Cæſaris ſubditi eſſe deſinunt, aut iura quædam maieſtatis obtinent, ſiquidem adhuc Cæſarem ſuperiorem agnoſcunt & reverentur. Et ut cauſſa inſtrumentalis à principali tota pendet, regitur & dirigitur: ita Status ab Imperatore. Scripſi, multum intereſſe, iura ſupremæ maieſtatis contrahantur an detrahantur: quorum illud abſolutam quidem poteſtatem imminuit, ſummum magiſtratum non ſemper tollit, hoc verò ne magiſtratum quidem ipſum relinquit, quia maie-

ſtatis

ſtatis iuribus nullus carere magiſtratus poteſt. D. Fridenreich *d.c.18.* Non abnuit Dn. Beſoldus; nempè ſi contrahenter, fieri mixturam, ſi detrahantur, meram ariſtocratiam. Malè. Ut enim calor non ſit alius etſi gradibus varietur, & modo ſit intentior, modo remiſſior, ſimiliter maieſtas ſuos habet gradus, ſeu modos, ita ut vel liberior, vel reſtrictior ſit nec tamen eſſentiâ inter ſe differunt, ſed modis ſaltem, ut major caloris gradus, à gradu minore. Itaque maieſtatis eſſentia non ſit alia, ſed altera, quando iura maieſtatis contrahuntur. Nec ad maieſtatem requiritur, ut ſit omnimodò libera, & infinita. Kirchner *diſp.5.θ.1.in fin.* ceu voluit Paurmeiſter *de iurisd. lib. 2.c.2.n.*100. Nam & olim Germani, Tacito teſte, ex nobilitate reges ſumpſerunt, ſed iis numquam infinitã, aut abſolutè liberam poteſtatem dederunt. Sic igitur firmiter ſtatuamus, niſi omnia Philoſophorum decreta evertere, vel quod caput eſt, in Rebuspublicis benè conſtitutis meram confuſionem & anarchiam inducere, & ſubditos in magiſtratũ ſummum armare velimus, maieſtatem ex duabus vel tribus conflatam nihil aliud eſſe, quã hominum quorundam purum putum figmentum, quæ mixtura velutimater infeliciſſima, peperit ſtatum Reipub. mixtum, monſtrum tetrum atque horrendũ, nec in nobiliſſima ſcientia Politices ferendum, ſed omnibus modis exſtirpandum. Et quamvis hanc ſententiam, quæ Bodino politicorum optimo maximo debetur, multi oppugnent, eam tamen nunquam expugnabũt. A partibus Bodini ſtant P. Gregorius *5. de Rep 1.* Hippol. à collibus *in princ.c.*1. Zach. Friderich *Pol. c. 18. & 19.* Bornitius *de iure maieſt.c* 11. *& 13.* Otto Melander *in idea ſtud. polit. pag.* 73. Timpl. 5. *Pol. q.7.* Caſus *li 3. ſph. civit. c.5. q.1.* Dn. Arumæus

vol.1.discur. iur.publ.1.qui viri?

16. Hermannus Kirchnerus *disput. 3.§.7. lit.e.* priori mixtura valere iussa, aliam ex divisa & communicata gubernandi seu administrandi ratione statuit, eoque sensu nullum unquam purum, & simplicem Reip. statum extitisse, nec hodie extare scripsit idē *d. disp. 3. coroll. 10.* Sed hæc opinio confundit, rei essentiam, cùm modo rei. Nec enim quæritur de administratione status, quæ potest esse mixta, sed de natura status & essentia, quæ consistit in potestate summa seu maiestate. Nec ex modo administrandi mixtura status est inducanda, utpote qui est accidens, quod & rei essentiam non constituit: ita nec mutare potest. Scal. *li.7.c.3.in Theophr.hist. de plant. & ex 307 s.17.* Zabarell *2.post analyt.c.12.* ac proinde mixtura ista accidentalis accedit, atque decedit sine Reip. status mutatione.

17. Et tantùm de maiestatis personalis definitione, ex qua planissimè colligitur, qui maiestatem obtineant, quivé non. Obtinere dixi omnes, qui post Deum immortalem, se ipso maiorem vident neminem: ergo à contrario sensu maiorem & superiorem habentes, maiestate destituuntur, de quibus iam ordine. Primus autem se offert Rex Romanorum, cuius etsi magna & eximia sit potestas, adeò ut cum Imperatore unum & idem tribunal & auditorium habere, Matth. Steph. *lib.2. de iurisd. p.1.c.2.n.55.* G. Schönborner *lib.5. Pol. c. 19.* omniaque Imperatore absente, quæ ipse præsens, facere posse censeatur, ut patet ex vulgata illa in Recessibus imperii iterata locutione, wir aber in abwesen Römischer König. nisi expressè quid esset prohibitum. Iseunia *in c. imperialem nu.13. de prohib. feud. alien. per Frid.* illi tamen maiestatem inesse propriè non puto, quia Cæsarem superiorem agnoscit,

nec

nec illo vivente ullam in ſtatus imperii iuriſdictionem ſuo nomine exercere poteſt, undè etiam imperii tantùm vicarius dicitur, Aurea Bull. *cap. 2.* nec crimen læſæ maieſtatis in eum committi omninò exiſtimo, cum non entis nulla ſint adiuncta. *l. eius, qui. pen. de rebus. cred. l. neque naturales. C. de probat.* & privatio præſupponat habitum *l. 83. de R. iuris.* Diſſentiunt Hieronym. Gigas *in tract. de crim. læſ. maieſt. lib. 1. q. 15.* Ant. Quetta *conſ. 1. nu. 17.* Mynſing. *reſp. 44. decad. 5. num. 14.* Matth. Steph. & Schönbor. *dd. locis.*

18. Quid de Rege Bohemiæ an ei maieſtatem ineſſe dicamus? Is enim ſuperiorem habere non videtur, cùm nec legibus aut inſtitutis vel conſtitutionibus Germanorum regatur, & ab hac natione excludatur in Saxon. Landrecht *lib. 3. art. 57. & lib. 1.* Lehenrecht *c. 29. §. 1.* vid. Goldaſt. *p. 2.* Reichsſatzungen *fol. 63. §. anno 1370. & p. 63. §. 1383.* nec ad comitia & convẽtus imperii ordinarios vocatur. Buxtorff. *ad A. B. concl. 41. lit. d.* nec circulo alicui addictus ſit. Freher. *in not. ad P. de Andl. lib. 2. c. 2.* nec denique contributionibus aliisque oneribus imperii ſit obnoxius. Receſſ. imper. 1500. §. wie man mit den Königen. Sed his nihil obſtantibus, ſtatuo Bohemiæ regi maieſtatem non competere, adeoque nec crimen læſæ maieſtatis in illum committi. Nam & is Cæſarem ſuperiorem ſemper agnovit, Freher. *d. lo.* eumque in Camera conveniri poſſe, teſtatur Cameralis ſẽtẽtia, quã refert Buxtorff. *ad A. B. 6. 78. in fin.* Undè regnum Bohemiæ nobile imperii membrum vocatur à Carolo IV. *in conſtit. de jur. Elect. reg. Bohem. compet.* idémque Germaniæ partem eſſe ſcripsêre Aeneas Sylvius *de Bohem.* & Freherus *de cap. 2.*

19. Nec etiam Vaſalli, ſeu fiduciarii ſummam habent

potestatem, seu maiestatem, utpote qui fidem, obsequiũ, obedientiam feudi domino, tanquam superiori præstare tenentur, quique dominium iurisdictionis saltem inferius, salvo dominio directo, & iure superioritatis, per investituram accipiunt, Matth, Steph. *de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 145. & 148.* nisi alia quoque habeant bona, in quibus potestate absoluta utuntur, eóque respectu superiorem nullum agnoscant; veluti rex Hispaniæ, etsi ratione Ducatus Burgundiæ Status imperii est, & ita in Comitiis regię illius dignitatis nulla habetur ratio, sed & Dux Burgũdiæ sedet inter Principes, in aliis tamen suis regnis ut monarcha maiestatem obtinet. Sic rex Daniæ quamvis in suo regno sit princeps summus, ratione tamen Holsatiæ Cæsaris est vasallus, eumque superiorem agnoscit. Gail. *de arrest. obs. 6 n. 14. & seq.*

20. Insuper Dictatoribus Romanis maiestatem tribuere non possum, siquidem illorum potestas utut maxima, tãtum precaria erat, & temporaria, nam post sextum mensem dictatura se abdicare cogebantur. *l. breviter, de offic. Præf. Præt. l. populo 18. de orig. iur* nec suo sed populi nomine procuratorio acceptam potestatem exercuerunt. qui autem alieno nomine gerit, dominus non est, sed cuius mandato gerit. P. Greg *de Rep. lib. 5. c. 1. n. 3.* Itaq; per dictaturam status popularis in monarchiam non fuit commutatus.

21. Idem iudicium facio de iis, qui administratores tantum & curatores regni existunt, quales sunt in Gallia regentes regni, in Anglia Proreges, & in Germania Vicarii Electores, Palatinus & Saxo, sive eorum nomine, manu ac sigillo, leges, edicta, rescripta, iussa denique omnia sanciantur, sive regia sigilla nomenque regis legibus ac mandatis

mandatis præponantur. Bodin. *de Rep. lib.* 1. *c.* 8. Qui enim mandatam iurisdictionem suscepit (*ait ICtus*) proprium nihil habet *l. 1. §. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd.* sed fungitur vice illius qui dedit aut concessit potestatem, *l. 16. de offic. eius cui.*

22. Sed luctatio mihi difficilior est cum iis, qui Proceribus Germaniæ maiestatem inesse opinitantur. Illorum ergo rationes videamus. Status imperii, *aiunt*, habent iura seu effecta maiestatis, veluti ius leges condendi, ius collectandi, ius monetæ cudendæ &c. ergò & ipsam maiestatem, quia effecta arguunt causam, eamque præsupponunt. Hinc status in suis territoriis tantùm posse dicuntur, quantum Imperator in imperio. Hen. Gœden, *cons. 5. n. 4.* Chassan. *de glor. mundi part. 5. consid. 24.* Coler. *in process. exec. p. 3. c. 2. n. 80.* Curt. iun. *cons. 2. n. 29.* Scip. Gentil. *3. de iurisd. c. 18.* Geil. 1. *de pace publ. c. 6. n. 10.* atque adversus Electores læsæ maiestatis crimen committi disertè dicitur in Aurea Bulla *tit. 24.* quin etiam regibus iidem cõparantur. Dan. Moller. *l. b. 1. semestr. c. 40. num. 1.* War. ab E. renb. *lib. 1. de foeder. c. 2. numer. 147.* Quo de adeò quidam non dubitant, ut imperii Germanici maiestatem magis in Principibus, quam in Imperatore residere existiment. Equidem ut fateor Principes, Romano-Germanicos omni laude & admiratione dignos esse, atque in suis territoriis superioritatis iura habere, ita capitale puto illos Cæsari dominatu ac potentia æquant. Sunt enim ii subditi, vasalli & fiduciarii Cæsaris, eiusque iurisdictioni omnes immediatè subiecti. Knich. *de sublim. territ. iure c. 1. numer. 187.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 27.* Geil. *1. Observ. 30. & 1. de pace publ. obs. 11. n. 4. & seq.* Panormit. *in c. licet. nu. 45. de for. compet.* à quo investituram seu possessionem

provinciarũ suarum petunt, & à quibus Cæsar iuramentum subiectionis, die Erb vnd Landhuldigung, ꝛc. pflicht exigit, Scotus *de iust. & iure lib. 4. q. 4. art.* 2. & cui se subiectissimos profitentur. Sixtin. *de regal. l. b.* 1. *c.* 4. Nihil obstant ea, quæ pro Statuum maiestate adstruenda, allata sunt. Nam prima possessio & exercitium regalium summam potestatem seu maiestatem non inferunt, ut infrà dicam. Deinde si maiestas magis in PP. quam Imp. resideret, imperium Germanicum non monarchicum aristocraticè Imperatum, sed potius aristocraticum monarchicè temperatum dicendum foret, siquidem à potiori res denominari solet, *arg. l. quæritur. de stat. hom.* idq; semper quod magis obtinet, spectandum sit. *l.* 3. *& seq. de legib.* Sic quando dicitur, imperii Status tantùm posse in suis terris, quantùm Imperator in imperio, intelligendum id est; salva superioritate seu maiestate Cæsarea, quæ clausula conservat; Cæsaris summam potestatem. Arnisæ. *lib.* 1. *de iure maiest. cap.* 5. *numer.* 20. Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 121. *& seqq.* Th. Mich. *de iurisd. concl.* 25. *lit. c.* Nec aliter Electoribus tribuitur maiestas quàm olim Prætoribus, *l. pen. de iust. & iure.* nec in illis aliter violatur, quàm sicuti maiestas Prætoris violari dicitur *in l.* 9. *de iurisd.* quatenus scil, sunt membra propriora & partes corporis, hoc est consiliarii Imperatoriis, *l. quisquis. C. ad L. iul. maiest.* quod abusivè fieri notant Gigas *in tract. de crimi. læs maiest. lib.* 1. *rubr. quotuplex sit maiestas. n.* 18. Clapmar. *de arcan. Rerump. li.* 1. *c.* 9. Th. Michael. *de iurisd. concl.* 7. *lit. e.* Attamen (*inquis*) Principes imperii habent iura superioritatis. Non abnuo, sed habent præiudicio summæ potestatis, & universalis iurisdictionis, quam Imperator si superior manere velit, in alios transferre

nequit

nequit. Althus. *c.8. Polit. n. 53.* Auctor disput. *de iure princ. concl. 89. lit. b.* ac proindè nec sibi parem constituere Rosenth. *de feud. lib. 1. c. 5. concl. 10. 13. & seq.* Nunquam enim concedi potest tanta potestas, quin superioritas semper sarta tecta remaneat, & sic majorem sibi reservet princeps. Reich. *d. c. 1. n. 316.* Zoanett. *de Rom. imper. q. 168.* Heig. *p. 1. q. 9. n. 20. & p. 2. q. 25. n. 36.* Myns. *6. Obs. 99.* Geil. *1. Obs. 29. nu. 3. & Obs. 11. n. 16.* Minden. *de process. in Cam. extrah. c. 11. n. 21.* Ad summam, Cæsaris potestas est summa, statuum verò imperii est inferior & subordinata; illa est independens & suæ originis, hæc ab illa dependens tam in essendo quàm in caussando; illa est caussa, hæc illius effectus, atque adeò plus non potest, quam ab illa accepit.

23. Sequuntur effecta seu iura majestatis insperantis, quæ immediatè proximè à majestate fluunt, & ad eandem refluunt. Omnes igitur jura majestatis habent, qui majestate seu summa potestate utuntur, hac verò qui destituuntur, & illis destitui, constanter assero. Affirmatâ enim vel negatâ caussâ proximâ & immediata, ejus quoque effectus affirmatur vel negatur. Qua in re contradictores habeo fermè omnes jureconsultos & Politicos, qui mihi opponunt Proceres Germaniæ: quibus Imperatores Ducatus Marchionatus, Landgraviatus, Comitatus cū omnibus pertinentiis, regalibus atq; superioritatis iuribus mit aller Landsfürstlichen Obrigkeit/concesserunt, eaque multis privilegiis confirmarunt. Reich. *in epist. dedicat. & passim in tract. de sublim. territ. jur.* Et quamvis ajunt præter id olim sub initio imperii Caroli M. principum potestas & dignitas temperaria tantùm fuerat, & precaria tamen paulò post non amplius nomine administratorio, sed jure hereditario regi cœperunt, & sic cnsoe-

quentur moderna illorum potestas perpetua est & ordinaria. Multum igitur interesse, inter statum Reipub. præsentem & antiquum *arg. l. qui res. §. aram. de solut.* Non me hæc movent. Sit imperii statuum iurisdictio perpetua & ordinaria, est tamen, manebitque quandiu hęc monarchia subordinata & inferior, utpotè quæ à Cæsare est, & ad Cæsarem, & coram quo vel in eius aula, vel camera subditos suos convenire tenentur. Mynſ. *5. Obſ.* 1. Geil. *1. Obſ. 1. n. 18.* Gothman. *resp. 32. n. 1.* Tametsi etiam status permissu imperatoriæ majestatis quorundam regalium habeant exercitium seu usurpationem, ipsa tamen majestatis jura quoad proprietatem minimè obtinent, ut quæ sunt individua, nec cõmunicari salua majestate possunt. **Kirchner.** *de Rep. disp. 2. θ.* 4. Sicuti enim is, cui jurisdictio mandatur, proprii nihil habet, sed quicquid agit, id omne vice mandantis agit *l. 16 de jurisd. l. 1. §. 1. l. 3. de offic. ejus cui mand.* qui proptera vocatur vicarius, procurator, mandatarius vel commissarius mandantis magistratus. *d. l. 1. & 3. l. 2. l. 5. eod.* ita Imperator quædam iura maiestatis per Electores, Principes, Comites, quos in partem solicitudinis, ut loquitur Carolus IV. *in c. ult. Aur. Bullæ*, (nõ in plenitudinem potestatis) assumpsit, veluti per manum propriam exercet. **Kirchner.** *d. θ.* 4. Distinguendum igitur fuerit inter ius & factum. Si jus intueamur, jura majestatis sunt solius magistratus summum præter Deum superiorem nullum videntis, sive is sit Rex, sive Optimates, sive populus, & ab illo solo conferuntur: si factum seu exercitium jurium majestatis, concedo aliis ea posse communicari, nec tamẽ exindè sequitur, ordines imperii ipsa majestatis iura habere quoad proprietatem, sed saltem quoad administrationem & exercitium; quod sine majestatis

statis diminutione fieri posse, docet Bornitius *de majest.c.14.* Nam tum etiam solus summus magistratus iura majestatis habet, cum aliis eorum exercitium concedit, vel alii potestatem habentes ab ipso illa conferunt, puta nobilitatem &c. *per l quod quis per alium, de reg juris.*

24. Suntque majestatis personalis jura alis majora, alia minora.

25. Majora consistunt in potestate jurisdicendi, & in potestate religionis administrandæ.

26. Potestas jurisdicendi, seu jurisdictio generalissimè sic accepta iterum in duobus capitibus vertitur, nēpè in potestate administrandæ justitiæ, & in potestate belligerandi, Paurmeist. *de iurisdict. lib.1.c.3.n.12.*

27. Ad I. caput refero primo *jus leges universalis concedendi l.1.l.ult.§.1.C.de l. l 1.de consti.Princ.* Lancell. *in templ. omn.jud.lib.1.c.1.§.4.* quod primum & præcipuum maiestatis caput. Bodin. *d rep lib.1.c.10.* Dixi, leges universales, quibus opponuntur jura specialia seu provincialia, **Hoff und landgerichts ordnungen / Statuten / Statrecht / Weichbild /** quæ Status vigor territorii, & iuris superioritatis, **Krafft Landsfürstlicher Obrigkeit**, condere possunt, secundum quas Cameræ Assessores sunt obstricti pronunciare. Ord. Cam, *p.1.t.57.* sed hæc iura in illorum tantum provinciis valent. Petra *de potest. princip.c.9.n.48.* **Reich.** *de jure terit.c.1.n 366.& seqq.* Ut autem solius summi magistratus est leges universales ferre, sic ad illum solum spectat jus leges interpretandi. *l.ult. §.1.C. de immunit.conced.lib. 10. l. nu. C. de his qui à principe vac. accep.* & privilegiorum concessionem. *l.1. §.fin. l.3.de constit. princip. §.sed & quod principi. Inst.de jur.nat.gent. & civ.* legitimationem per rescriptum principis. *Nov,89.c.9.* Rosen-

thal.*de feud.c* 5.*concl.*2.*n*.4.*lit.d.* Geil. 2.*Observ.* 42.*n*.1.*&* 3.jus famæ restituendæ.*1.tit.c.de feud.pass.& restit.* §.1.*Inst.quib.mod.iuspatr.potest.solv.* P.Heig.2.*q*.22.quod ius Carolus V. Imp.cuilibet magistratui in seditione rusticorum specialiter indulsit. Recess. imperii *de anno* 1526. §. vnd wiewol.ius veniam ætatis concedendi, *l*. 1.*& t.t.C.de his.qui ven.at.impetr.*

28.*II.jus creandi magistratus*,puta majores,ut Reges,Electores, Duces, Principes,Comites, Barones, Nobiles. Bodin.*de Rep.l*.1.*c*.10.Sic Henricus V.Uratislaum Ducem Bohemiæ regio titulo exornavit, Dubrav.*lib*. 9. Et Fridericus I.Petrũ Daniæ Ducẽ ad regii honoris fastigiũ evexit. Trithenius *c*.17.Boleslao Poloniæ principi Otto III.Imp. regia stẽmata dedit.Otto Frising.*l*.7.*c*.17. Eberh.Barbat⁹ primus Dux Wirtẽb.in comitiis Wormatiẽsib.ab Imp. Maximiliano I.creatus est,21.Junii,1495. Ita Rudolphus II. Transylvaniæ VVayvvodam bellatorem strenuum imperii principem creavit anno 1595. Sic Carolus Dux Burgundiæ in prælio ad urbem Nancejam ab Helvetiis occisus,à Friderico III. regalem dignitatem petiisse dicitur. Atque hinc summa Imperatoris nostri conspicitur majestas,cui soli ius reges creandi competit,exclusis aliis omnibus regibus.Kirchner.*de rep.disp.*2.*th*.5.*lit.d.* Undè cùm Pius V.Pontifex Cosmum Ducem Florẽtiæ coronâ, & Magni Ducis Hetruriæ titulo donasset, Maximilianus II. non injuria se pontifici vehementer opposuit, inquiens,non habet Italia regem, nisi Cæsarem. Porrò ut solus imperator in imperio est caussa procreans dignitatum maiorum,ita & earundem est caussa corrumpens. Sic nuper Ferdinandus II.feliciter nunc regnans Bethlehem Gabor imperii principem creavit, eundemq; mox

princi

principali istâ dignitate privavit.

29. III. *Extremam provocationem.* Stultum est, ait ICtus Ulpianus, illud admonere, à principe appellare fas non esse, cùm ipse sit, qui non provocatur, *l.* 1. §. 1. *à quib. appell. nē lic.* Hoc igitur jus salvâ superioritate magistratus summus à se abdicare nequit. Bodin. *d. c.* 10. Th. Mich. *de jurisd. conclus.* 26. licet alicui hoc concedere possit, ut omissa appellatione solus caussam decidat, ut olim prætoribus, *l.* 1. §. 1. *de offic. præf. prat. l.* 30. *de appell.* hodiè Electoribus, A. B. *tit.* 11. *p.* 1. Heig. *q.* 4. *n.* 42. Sixtin. *de regal lib.* 1. *c.* 5. *n.* 5. Archiducibus Austriæ. Mynf. 5. *Obs.* 58. *n.* 1. Munster. *lib.* 3. *Cosmogr. c.* 399. Goldast. *p.* 1. *const. imper.* Ducibus Burgundiæ, Geil. *de pace pub. lib.* 1. *Obs.* 11. *nu.* 6. Lotharingiæ. Mynf. *d. obs.* 57. *n.* 1. ubi notandum, quamvis duces Burg. & Lotharingiæ à foro fuerint privilegiati, à subjectione tamen & jurisdictione imperii illos exemptos non esse: quoniam diversa sunt forum sortiri & subditum esse. Th. Mich. *de jurisdict. concl.* 22. Geil. *de pignorat. Obs.* 15. *n.* 3. Sed & nec à Camera, utpote quæ vices Imperatoris gerit, D. Becht *de securit. & salv. cond.* §. 191. appellare licet. Ord. Cam. *p.* 3. *t.* 51. revisorio saltem iudicio Cæsari cum statibus relicto *d. p.* 3. *t.* 53. Geil. 1. *Obs.* 53. *& seq.* Huc pertinet ius vitæ & necis, Recess. imper. *de anno* 1529. §. **vnd wiewol.** quòd Carolus V. Imp. Senatui Madiolanensi, cui potestatem regiæ non absimilem alias concessisse dicitur, nunquam impertire voluit, sed peculiariter excepit, & suæ maiestati reservavit, teste Bodino 1. *de Rep. c.* 8. *&* 10. Relegatos restituendi, *l. relegati.* 4. *in fin. de poen.* ius absolvendi aliquem à iuramento ad effectum agendi, **Einem seine gegebene Vrphed gegen dem Herren/ so jhne also veurphedet hat/ zu relaxieren/ darmit er sich gegen selben**

rechtens gebrauchen möge. Ord. Cam. *p.2.t.24.* Rosenth. *d. feud. 5. c. oncl. 3.*

30. IV. *Jus nundinarum. l. 1. de nund. l. nu. C. nod.* quod summus magistratus nemini facilè concedere solet, nisi prius vicinis, quorum interesse possit, auditis. Geil *2. Obs. 61. n 25.* idque civitati potest auferre, & aliò transferre. Tessaur. *decis 264 n. 3.* Nundinæ hobdemadariæ Wochenmarckt, etiam non requisito superiore impunè instituuntur. Richard. *ad rubr. l. nu. C. de nund. n. 2.*

31 V. *Jus monetæ cudendæ*, quòd perindè majestatis proprium est, ut lex ipsa. Et licet Cæsar numi percutiendi potestatem plerisque statibus imperii concesserit. Recess. imper. *de anno 1524.* §. dergleichen hat. *& de anno 551.* §. so daben wir vns auch. *item de anno 559.* §. vnd nach dem die Frembden numorum tamen, quos ipsi cudunt, vis ac potestas à Cæsare pendet, adeoque sine illius consensu Domini monetales, die Müntzherrn oder Müntzenstände/ jus hoc aliis cedere, & communicare non possunt, sicuti communi statutum imperii consensu cautum legitur in Recessu *de anno 51.* §. So haben wir vns auch. *& de anno 70.* §. als dann auch. P. H. O. *art. III. in fin. item* in der Müntzordnung *de anno 59.* hisce verbis: Ferner als sich auch erfinden thut/ das etliche so Müntzens Freyheit erlangt/ jhr gerechtigkeit andern Verkauffen/ verleihen oder in andere weg Vergünnen vnd zustellen/ darauß nicht geringer Schad dem Gemeinen Nutz ein zeitlang entstanden/ daß die Müntzen hierdurch in abfall kommen: So setzen/ Ordnen/ vnd wöllen Wir/ dz sich alle Müntzgenossen jetzgemelter Vnziemblicher ding gentzlich enthalten/ auch mit den Müntzmeistern/ oder jemands anders/ ausserhalb gebührlicher Besoldung in keinen weg

pacis-

pacisciren / oder einig geding machen / sondern daß ein jeder Müntzherr oder Stand / auff sein selbst eigen Kosten vnd Verlag mit Golt / Silber / vnnd allen andern die Müntz (so er anders Müntzen will) verlegen / Zu dem vnser vnd deß Reichs vnd sein Müntz Frey / ohn alle Gefährd auffrichtig halten soll. Ubi statim in transgressores huius constitutionis pœna subjicitur: Da aber jemand zu wider handlen würde / der soll als bald dardurch mit derthat in vnser vnd deß Reichs schwere Vngnad gehalten sein / daneben auch seine Müntzfreyheit / oder Gerechtigkeit verlohren oder Verwürckt haben. Caussam prohibitioni dedit communis Reip. utilitas, seu salus populi. Recess. imper. *de anno 70.* ibi: **Als dann auch die Müntzgerechtigkeit kein Mercantz / sondern vnser Keyserlich Regal / so die Müntzstände auß vnserm sonderm vertrawen / nicht zu jhrem selbst gesuchten Vortheil / sondern wie wir selbst / dem Heiligen Reich zu Ehren / vnd Wolfahrt brauchen sollen.** Cæterùm ut omnis mutatio periculosa putatur, ita pretii ac materiæ numismatis mutatio omnium est periculosissima, eaq; incredibile universis ac singulis affert detrimentum. Hinc enim fit, *inquit Bodinus*, ut nemo quantum in bonis habeat constituere possit: incerta sunt pacta conventa, quæ versantur in societatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur: incerti reditus, vectigalia, tributa: denique poenæ ipsæ ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta sunt futura: postremò ærarii opes, ac multa tum in publicis, tum in privatis rebus rationibusque dubia ac suspensa fore necesse est. Hæc Bodinus *de Rep. l. 6. c. 3.* ubi statim subjungit: *Principi non magis licet improba numismata cudere, quàm occide-*

re, quàm grassari: nec à iure gentium, quo quidem auri & argenti pretium constitutum est, discedere; nisi regis nomen ac splendorum amittere, ac falsæ monetæ fabricator, quam princeps appellari malit. Vidit & prævidit hæc incommoda Divuus Maximilianus II, iisque maturè remederi studuit in Recessu *de anno 70.* ibi: **Dieweil dann nunmehr vor Augen/ was grosse vnauffhörliche schäden/ jederman hohen vnd Niedern Stands allbereit nur daher zugefügt/ daß man nicht in allen Kreyssen obangeregter Müntzordnung vnd Edict gefolgt/ ja es auch gewißlich an dem/ wo kein Eilend ernstlich Einsehen beschehen soll/ dz man im H. Reich Teutscher Nation an statt der guten probirten Reichsmüntzen nichts anders/ als böse/ frembde/ verfolgte Müntzsorten sehen vnd haben muß/ welches dann auch nit die geringste Vrsach der beharrlichen steigerung in allen Victualien vnd Commercien.** Hodiè adulteratorum numorum licentia eò grassata est, ut vix numus iusto pondere & ære reperiatur. Nimirum dum imperare singuli cupiunt, imperium omnes perditum eunt. quòd idem de Græciæ civitatibus olim scripsit ex Trogo Pompejo Justinus *lib. 8. histor.*

32. Ad secundum caput, potestatem scil. belligerandi, quæ consistit in iure armorum refero I. *ius belli indicendi, & pacem ineundi*, quòd maiestati tam arctè cohæret, ut in quocunque recognoscente superiorem iniusta semper caussa belli præsumatur Geil. 1. *de pace publ. c. 4. n. 4.* Alberic. Gentil. 1. *de iure bell. c. 3.* War. ab Erenberg. *de foeder. c. 2. n. 56.* Quid si proceres regni iniustè se premi, legesq; regni violari existimant, an tùm iis arma contra principem summum concedemus. Hîc ego non habeo quæ dicam, vel potius non dicam, quæ habeo. Pertinet huc aurea illa constitu

constituto depace publica, à Maximiliano I. Imp. Wormatiæ anno 1495. introducta, multisq; subsequentibus imperii recessibus corroborata, Quâ de Andr. Geil. integrum tractatum conscripsit.

33. II. *Jus foedera pangendi*, quòd adeò est de majestate, ut inferiorum confœderationes, omninò sint prohibitæ. *l. ult. de colleg. illic.* nisi è summo magistratu confirmētur. Mynſ. *6. Obſ. 2.* De unionibus inferiorum vid. Cravett. *conſ. 258. n. 10.* quibus ceu species confraternitates, ut vocant, Erbverbrüderung & Erbvereinigung subiiciuntur. Geig. *p. 1. q. 23.* Heil. *2. Obſ. 127.*

34. III. *Jus mittendi legatos*, quo de vide sic nobiles tractatus Alberici Gentilis, & Hermanni Kirchneri.

35. Sequitur potestas religionis, quæ consistit in eius vel gubernatione, vel defensione, & competit magistratui politico summo, non quidem quoad internam, quæ ecclesiasticis committenda, sed quoad externam religionis administrationem. Separata enim dona Dei sunt, sacerdotium & imperium *Nov. 6. in pr.* Huc igitur refero *ius indicendi concilia*. Witar. *de concil. cap. 2. & seq.* qualia Constantinus, Theodosius uterque Arcadius, Martianus Carolus & Otto Magni, Heinricus III Sigismundus & alii Impp. convocarunt, iisque partim præsides interfuère. *Jus cognoscendi de excommunicatione.* Matth. Bort. *de maiest. c. 5. 6. 38.* *Jus eligendi & corrigendi clericos.* VVar. ab Erenb. *de regn. subsid. c. 3.* *Jus primariarum precum*, quo Imperator in omnibus Cathedralibus ecclesiis & monasteriis per Germaniam habet suffragium & facultatem unum canonicum pro arbitrio nominandi, quem collegium recipere debet. Speculat. *lib. 4 part 3 tit. de prab. & dignit. § restat. n. 7.* & ibi Joh. Andr. *in not. lit. h.* P. Gregor. *lib.*

G

7 syntagm.c.7.n.21. Dissentit Geil.*2.obs.155.n.7.* qui putat, Imperatorem hanc potestatem non habere vigore Cæsareæ majestatis,sed duntaxat concessione,& indulto Papæ.*jus erigendi Academias.*Sixtin.*de regal.lib.1.c.2.n.26.*Ord. Cam.*p.1.t.3.*quo pertinet collatio dignitatum scholasticarum,ut sunt Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei, Comites Palatini,Poetæ Laureati, Notarii. Bocer. *de regal.c.2.n.246.& n.161.*

36. Hactenus de regalibus majoribus; minora sunt, quæ ad fiscum summi magistratus augendum pertinent, cujusmodi sunt. I. *Via publica,* **Land vnnd Heerstrassen,** quas pacatas & tutas esse oportet. *l.3. in fin. l.congruit. de offic.præsid.* **Einen Fursten** (dixerat olim Philippus Hassiæ Lādgravius Laudatissimus) **soll man erkennen bey reiner Strassen / guter Müntz / vnnd haltung beschehener Zusag.** VVarem.ab Erenberg.*de regn.subsid.c.5.n.36.* quò pertinet jus conducendi,**die glaidliche Obrigkeit** & ius equorum per vias publicas disponendorum seu postarum. Th.Mich.*de iurisd.concl.12.lit.b.* II. *Flumina navigabilia.* Vult.*1.F.5.n.7.* usu rerum manente publico, puta navigatione,piscatione &c.Godhofr.Anton.*disp.feud.3.§.7. lit.d.* III. *Portus, h.c.* vectigalia; quæ pro transitu per pontem vel in portu solvuntur.Vult.*d.num.7.* IV. *Ripatica,* h.e. vectigalia, pro transitu riparum præstanda, **Färchgelt.** Vult.*d.lo.* V.*Vectigalia,l.2.& t.t.C.nova vectig.inst.non pos.* quæ Imper. hodie sine cōsensu Electorum neq;instituere, neque iā instituta augere potest. **Reichs Abschied** *de anno 1579.* §.**weiters seind weir.** idq;singulariter in capitulationibus Matthiæ,& Ferdinandi II. Imp.cautū legimus. Idēq; de regibus Galliæ,Hispaniæ, Angliæ, Ungariæ, Poloniæ, Daniæ,Siciliæ testantur allegati à Buxtorff.*ad A.B.§.91.in fin.*


fin. Itaque contra illos, qui nova vectigalia erigunt, aut vetera augẽt, mandata pœnalia etiã sine clausula non immeritò decernuntur, atque hac ratione ab executione rectè inchoatur processus, Ord. Cam. *p. 2. t. 23.* Gylm. *in symphor. supplic. tom. 2. p. 3. t. 7. supplic. 4.* Rosenth. *de feud. c. 5. conclus. 13. numer. 12.* Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 6. numer. 23.* VI. *Tributa* quò pertinent angariæ & parangariæ, Obrecht *in disputation. de regalib. θ. 493.* & extraordinaria collatio ad regalis numinis expeditionem. Rosenth. *d. cap. 5. conclus. 73.* de qua vide sis constit. Caroli Crassi Imp. apud Goldast. *tom. 1. constitut. Imper.* quam notis illustravit Marq. Freherus. item collectæ generalis indictio, Reichssteur, cui opponitur collecta provincialis, Landsteuer quæ à provincialibus imponitur Geil. *2. Observ. 53.* VII. *Jus mulctandi & puniendi.* Rosenth. *d. cap. 5. conclus. 50.* VIII. Bona vacantia nullo extante herede *c. nu. de regal. Ulpian. in fragm. tit. 28.* IX. *Bona indignis ablata.* P. Gregor. *in syntagm. iuris univers. lib. 2. capitul. 12. numer. 16.* X. *Bona damnatorum & proscriptorum,* quales sunt ii, qui incestum, Bocer. *de regal. cap. 3. numer. 57.* vel crimen læsæ majestatis commiserunt, Gygas *in tract. de crim. læs. maiest.* XI. *Argentariæ,* seu metalli fodinæ, Vult. *d. cap. 5. numer. 7.* XII. *Palatia,* seu ius habendi, & inhabitandi regia Palatia. Vult. *d. lo.* Goth. Anton. *de disp. 3. θ. 8. lit. e.* XIII. *Piscationum reditus,* Sixtin. *de regal. c. 20.* XIV. Salinarum vectigal. Vult. *d. lo.* XV. Thesauri inventio. Vult. *d. n. 7.*

37. Restant *maiestatis pugnantia,* suntque modi quibus illa amittitur, quòd fit vel status unius in alium mutatione, vel cessione seu resignatione, vel morte principis, item bello, vel denique depositione, quæ an sit legitima,

& an optimates Principi impunè resistere possint, multiplicibus tum ICtorum, tum politicorum rixis atque sententiis nobilitata est quæstio, quæ eò cautius pertractanda, quo periculosior, ne scil. offendamus eos, qui possunt offendere. Sunt, qui statuunt principem maiestate eodem ordine, vi & iure privari posse, quo illam adeptus est, si iura regni & leges fundamentales violet, sub quibus maiestatem accepit. *arg l. nihil tam naturale. de reg. iur.* Sic olim S. P. Q. R. Neronem, Vitellium, Caligulam, Heliogabalum, Maximinum, & Franciæ Ordines Childericum, Sigibertum, Theodoricum, Eudonem, Carolum Lotharii fratrem: Suedi Gustavum: Scoti Mariam & Germani Adolphum & VVenceslaum throno maiestatis deiecerunt. Nec desunt, quibus hoc non placet, atque sic statuunt, Principibus quidē nō esse obtemperandum, si quid contra leges divinas præcipiant, sed nec ideò contra regiam maiestatem & unctos domini, utpote in quos nemo potestatem habet, sed solum Deum iudicem agnoscunt *c. Principes 23. q. 5. c. facta 9 q 3.* insurgere oportere, seu vi, seu iudicio constituto id fiat, etsi omnium scelerum ac flagitiorum, quæ in tyrannos convenire possunt, turpitudine infames essent, quos inter Bodin. *2. de Repub. 5.* Alber. Gentil. *disp. reg. 3.* Wilhelm. Barclajus *contra Dialog. Buchan. de iure regni Scotiæ.* Et sanè ut eiusdem populi respectu unus & idem princeps inferior sit & superior, dominus & subditus per rerum naturam fieri non posse asserit Arnold. Engelbrecht *de iurisdict. imper. 6.66. lit. a.* Utut autem liberi sint summi Principes à vinculis & delictorum poenis in hoc mundo, divino tamen examini reservantur, ubi habebunt, qui de ipsis quæstionem moveat, & habita quæstione ad iudi-

cem

cem deferat, poenamque factis sceleribusque eorum dignam constituat. Quænam verò ii. *Quarimonia & lacrymæ* (sunt verba philippi Cominæi *lib.10. Comment.in fine*) *miserorum hominum quos creduliter vexarunt, item viduarum & pupillorum gemitus atque suspiria, quos parentibus atque maritis inhumaniter spoliarunt, breviter eorum quos afflixerunt, & fortunis omnibus denudarunt, lamentationes atque plangor, erunt accusationis loco, quàm illi coram supremo tribunali sistent. Qui magnitudine scelerum offensus, non semper concedit diuturniorem impunitatem, sed illos aliquando verberat præsentibus poenis, ita quidem evidenter, & clarè, ut dubitari non possit, ipsum esse iustissimum impietatis nostræ ultorem.* Hactenus Cominæus, quo cum finio,



ET MAJESTATI imperium felix,

SUBDITIS VERO obsequium debitum,

PRECOR, OPTO, VOVEO.